ſaltē in tribus modijs per quālibet na=
uē fame piclitantibꝰ ſubueniret. Cui illi
Nō audemus pr̄: q2 menſuratū eſt ale=
xādrie. oportet in horrea impatoris nos
reddere. Quibꝰ ſanctꝰ dixit. Facite nūc
qđ dico. ⁊ ego vobis in dei virtute pro=
mitto. q nullā minorationeꝫ habebitis
apud regiū exactorē. qđ cum feciſſent et
eandē menſuraꝫ quā alexandrie accepe=
rāt reddidiſſent miniſtris impatorꝭ mi=
raculū referūt ⁊ deū in ſuo famulo ma=
gnifica laude attollunt. Frumentū aūt
ſm̄ vniuſcuiuſq; indigentiā vir dei di=
ſtribuit. ita vt miraculoſe duobꝰ annis
nō tm̄ ad victum ſufficeret: ſed etiā ad
vſū ſeminis abundaret. Cū autem re
gio illa ydolis deſeruiret. p̄ ceterꝭ nephā
de diane ſimulacruꝫ populus coluerat.
adeo vt vſq; ad tempus viri dei nōnul=
li ruſtici p̄dicte religiōi execrabili deſer=
uirēt. ac ſub quadā arbore ꝯſecrata dia=
ne quoſdā ritus gentiliū exercerent. At
vir dei p̄dictū ritū de oībus finibus ex=
pulit ipſam quoq; arborē p̄ſcidi mādaa=
uit. Iratꝰ ex hoc ꝯ eum hoſtis antiquus
oleū in ydiatro quod ꝯ naturā in aqua
⁊ lapidibus ardet: ꝯfecit. ſeq; in formaꝫ
cuiuſdam religioſe femine trāſfigurans
quibuſdā ad virū dei nauigantibus in
quadā ſagenula obuiauit. ſicq; affata ē
eos. Mallē ad ſctm̄ dei venire vobiſcū:
ſed neq̄o. rogo q̄ vos vt hoc oleum ad eiꝰ
eccl̄iaꝫ offeratꝭ. ⁊ ob mei memoriā exinde
aule eius parietes liniatis. ⁊ ſtatim eua=
nuit. Et ecce aliā cernūt nauiculā cū
honeſtis pſonis in q̄ quos vnꝰ erat ſimi=
limꝰ ſctō Nicolao. qui ſic ait illis: Heu
q̄d mulier illa locuta eſt vobis. vel quid
attulit. Illi autē cuncta per ordinē nar=
rauerūt. Quibus ille. Hec ē impudica
dyana. ⁊ vt me verū dicere comprobetis
oleū illud in mare ꝓijcite. quibꝰ proijci=
entibus ingens ignis in mari ſuccendit̄
⁊ ꝯ naturam diutius in mari ardere cō
ſpicit̄. Venientes igit̄ ad ſeruū dei aie=
bāt: Vere tu es ille q̄ nobis in mari ap=
paruiſti. ⁊ a diaboli inſidijs liberaſti.
Per idē tempus cū quedā gens roma=
no imperio rebellaſſet. ꝯ eam impator
tres principes nepotianū. vrſuꝫ ⁊ appol=
linē miſit. quos portui adriatico ob vē=
tum ꝯtrium applicatos. beatus Nicolaꝰ
vt ſecū comederent: inuitauit. volēs vt
gentē ſuam a rapinis cōpeſcerent. quos
in nūdinis exercebāt. Interim dū ſanctꝰ
abeſſet cōſul corruptus pecunia tres in=
nocētes milites iuſſerat decollari. qđ vt
vir ſanctus audiuit rogauit p̄ncipes il=
los. vt ſecū illuc uſq; gradu cōcito ꝓpe=
raret. Veniensq; ad locū vbi decollan=
di erant. inuenit eos poblice flexo. ⁊ fa=
cie iā velata. ⁊ ſpiculatorē enſem ſup eo=
rū capita iā vibraſſe. At Nicolaus: ze=
lo accenſus in littorē ſe audacter ingeſ=
ſit. ⁊ gladiū de manu eius eminus ꝓpu=
lit. Innocenteſq; ſoluēs eos incolumes
ſecū duxit. Ilico ad pretoriū ꝯſulis ꝓpe=
rat. ⁊ fores clauſas vi reſerat. Mox illi
cōſul occurrens: ſalutauit eū. Aſpnens
hoc ſanctꝰ dixit. inimice dei legis preua
ricator. qua temeritate p̄ſumpſiſti tanti
conſcius ſceleris. vultū conſpicere nr̄m
Quē poſtq̄ plurimū obiurgaſſet. ad p̄=
ces poſtmodū illoꝝ ducum. eū peniten
tē benigne recepit. recepta igit̄ bn̄dictio
ne. imperiales nūcij iter peragūt. ⁊ ipe=
rio ſine ſanguine hoſtes ſubdūt. Rediē
teſq; ab impatore magnifice ſūt recepti
Quidā antē eoꝝ felicitatibus inuiden=
tes. p̄fecto impatoris p̄ce ⁊ p̄cio ſuggeſ=
ſerūt. vt eos apud impatorē doloſe ma=
ieſtatis crimine accuſaret. Qđ cū impa=
tori ſuggeſſiſſet. ille nimio furore repletꝰ
eos in carcerare p̄cepit. ac ſine aliqua in
terrogatione illa eos nocte occidi man=
dauit. Qđ cum a cuſtode didiciſſent: ſci
derūt veſtimenta ſua ⁊ gemere amare ce
perūt. Tunc vnꝰ eoꝝ. ſ. nepotianus reco
lens q̄liter. ſ. beatus Nicolaꝰ tres inno
cētes liberauerat exhortatus ē alios vt
eiꝰ patrocinia flagitarēt: quibus orātibꝰ
ſanctus Nicolaꝰ nocte illa Cōſtantino
impatori apparuit dicēs. Cur illos p̄n=
cipes tā iniuſte ⁊ innocēter cōphendiſti
⁊ morti ſine crimine addicaſti. ſurge ve
lox eoſq; q̄ntocius dimitti iubeto. Sin
autem oro deū vt tibi ſuſcitet bellū. in
quo tu corruas. ⁊ beſtijs cibꝰ fias. Cui
impator. quis es tu q̄ hac nocte palaciū
meū ingreſſus talia audes loqui. Cui il
le. Ego ſuꝫ Nicolaꝰ miree ciuitatis eps
Sed ⁊ prefectū ſimiliter terruit per viſū
dicens. Mēte ⁊ ſenſu perdite. cur in ne=
cem innocentiū conſenſiſti: perge cito ⁊
eos liberare ſtude. Sin autē corpus tuū
vermibus ſcaturiet. et domus tua citꝰ
deſtruet̄. Cui ille. quis es tu qui nobis
tanta minaris. At ille. Scito inquit me
eſſe Nicolauꝫ miree ciuitatis epiſcopū
vtriſq; igit̄ euigilantibus ſtatim mutuo
ſua ſomnia pandūt ⁊ pro illis incarcera=
tis cōtinuo mittunt. Quibus ait impe=
rator: quas magicas artes noſtis. vt tan
tis nos illudatis ſomnijs. Cui reſpōde=
runt ſe magos nō eſſe: nec mortis ſentē=
tiam meruiſſe. Tunc imperator. noſtis
inquit hominē cui nomen eſt Nicolaꝰ.
At illi audito hoc nomine manus extē
derunt ad celum. rogantes deum vt eos
ſancti Nicolai meritis a preſenti pericu
lo liberaret. Et cuꝫ imperator totam vi=
tam eiꝰ ⁊ mirabilia ab eis didiciſſet: di=
xit eis. Ite ⁊ deo gratias agite. qui vos
eius p̄cibus liberauit. Sed ⁊ de noſtris
eidem afferte gaudiolis. rogantes eum.
vt vlterius mihi minas non inferat. ſed
pro me ⁊ regno meo ad dominū preces
fundat. Poſt paucos dies predicti viri
ad dei famulum veniunt. moxq; ad eiꝰ
pedes ſe humiliter proſternunt: dicētes.
Vere famulus dei es. vere cultor ⁊ ama
tor chriſti. Cūq; ſibi omnia p ordinē re=

tuliſſent. ille eleuatis in celū manibꝰ im̄ menſas deo laudes retulit. ac bene inſtructos principes ad ꝓpria remiſit. Cū autem dñs vellet eū aſſumere: rogauit dominū vt angelos ſanctos ſibi mitteret. ⁊ inclinato capite angelos ad ſe venire vidit: ⁊ dicto pſalmo. In te dñe ſperaui. vſq; in manꝰ tuas ⁊c. tradidit ſpiritum. Anno dñi. cccxliij. vbi celeſtiū melodia audita eſt. Qui cū ſepultus fuiſſet in tumba marmorea a capite fons olei ⁊ a pedibꝰ fons aque ꝑfluxit. ⁊ vſq; hodie ex eius ſanctis mēbris ſacrū reſudat oleum. valens in ſalutem multorū.

Succeſſit autem ei quidā vir bonus qui cum a ſede ſua ab inuidis eſt depulſus. Quo eiecto oleū fluere deſijt: ſed eo reuocato protinus emanauit. Poſt multum vo temporis turci mirream vrbē deſtruxerunt. Quadraginta vo ſeptem milites barrenſes illuc profecti. q̄ttuor monachis ſibi oſtendentibus tumbā ſancti Nicolai aperuerūt. oſſa eius in oleo natantia in vrbem baream reuerēter detulerūt. Anno dñi. M.lxxxvij. Vir q̄dam ab vno iudeo quandā ſummam pecunie mutuo accepit: iurans ſuper altari ſancti Nicolai: cum alium fideiuſſorem habere nequiret: ꝙ q̄citiꝰ poſſet ſibi redderet. Tenente autē illo diu pecuniam. iudeus eā expoſtulauit. ſed eam ſibi reddidiſſe affirmat. trahit itaq; eū ad iudicium ⁊ iuramentū indicitur debitori. Ille autē baculum cauatum quē auro minuto impleuerat ſecū detulerat ac ſi eius adminiculo indigeret. Volēs igitur facere iuramentum iudeo baculum tradidit reſeruandum. Iurauit ille ꝙ plꝰ ſibi reddiderit etiā q̄ debēt. Facto iuramēto baculum ſuū repetijt ⁊ iudeus ignarus aſtucie eū ſibi reddidit. Rediens autem qui fraudem fecerat in quodā biuio oppreſſus corruit ſomno curruſq; cū impetu veniēs eum necauit ⁊ plenū baculum auro fregit ⁊ aurū effudit. Audiens hoc iudeꝰ cōcitus illuc venit. Cūq; dolū vidiſſet et a multis ei ſuggeretur vt aurū reciperet oīno renuit niſi qui defunctus fuerat ad vitā beati Nicolai meritis redderet. aſſerens ſe: ſi hoc fieret: baptiſmū ſuſcepturum. ⁊ chriſtianū futurum. continuo qui defunctꝰ fuerat reſuſcitat̄ ⁊ iudeus in chriſti noīe baptizat̄. Quidam iudeꝰ videns beati Nicolai virtuoſam potentiā in miraculis faciēdis. imaginē eius ſibi fieri precepit. eāq; ī ſua domo collocauit cui res ſuas cum aliq̄uo longius iret: cum minis cōmēdabat. Hec vel ſimilia verba dicēs. Ecce Nicolae omnia bona mea vobis cuſtodiēda cōmitto. ⁊ niſi omnia bene cuſtodieritis. vltionem expetā de vobis verberibus ⁊ flagellis. Quadā igit̄ vice dum ille abeſſet fures adueniunt ⁊ cuncta rapiūt. ſolā imaginē relinquunt. Iudeus autē rediens ⁊ ſe ſpoliatum videns. imaginē alloquitur talibus vl' ſimilibus vſus verbis. domine Nicolae nōne in domo mea vos poſueram. vt res meas a latronibus ſeruaretis. cur hoc facere noluiſtis. ⁊ latrones quare nō prohibuiſtis. Igitur dura tormēta recipietis. ⁊ pro latronibꝰ penā luetis. ſicq; dānū meum in veſtris recompenſabo tormentis. ⁊ furorē meum in veſtris refrigerando verberibus ⁊ flagellis. Arripiens ergo iudeus imaginem. dire eam verberat direq; flagellat. Mira res prorſus ⁊ ſtupenda. Diuidentibus furibus que rapuerant ſanctus dei tāq̄ in ſe verbera recepiſſet: apparuit. hec vel ſimilia verba di. Cur tam dire pro vobis flagellatus ſum. cur tam crudeliter verberatꝰ. Cur tormēta tot paſſus. Ecce quomodo corpus meum liuet. ecce q̄liter effuſione ſanguinis rubet. pergite citius. ⁊ cūcta reddite que tuliſtis. alioquin dei omnipotentis in vos ira deſeuiet. ita vt ſcelꝰ veſtrum in mediū publicet̄. ⁊ quilibet veſtrum ſuſpendium patiatur. ad quem illi. quis es tu qui nobis talia loquer̄. Et ille. Ego ſum Nicolaus ſeruus ihū xpi quē iudeus ille pro rebus ſuis quas tuliſtis tā crudeliter flagellauit. Territi



illi ad iudeum veniūt. miraculum referunt. ab eo quid imagini fecerit audiūt cūcta reddunt. Sicq; ⁊ latrones ad viā redeūt rectitudinis. ⁊ iudeus fidem amplectitur ſaluatoris. Vir quidā pro amore filij ſui litteras addiſcentis feſtū ſancti Nicolai annuatim ſolēniter celebrabat. Quadam igit̄ vice pat̄ pueri cōuiuiū preparauit. ⁊ multos clericos inuitauit. Venit autē diabolus ad ianuā in habitu peregrini. petens elemoſynā ſibi dari iubet quantotius pater filio vt det elemoſynam peregrino. Properat puer. ſed peregrinū nō inueniens: inſequitur abeuntem. Cūq; ad quoddam pratum peruenisset apprehendens diabolus puerū eum ſtrangulauit: quod audiens pater vehementer ingemuit corpus tulit in thalamo collocauit. Cepitq; p̄ dolere clamare et dicere: Fili dilectiſſime q̄uō eſt tibi ſancte Nicolae hiccine ē merces honoris quē vobis tamdiu exhibui. Et cū hec ⁊ ſilia dicēt. ſtatim puer quaſi de ſomno euigilans oculos aperuit ⁊ ſurrexit. Vir quidā nobilis rogauit beatum Nicolaū vt ſibi filium a domino impetraret. promittēs ſe filium ad eccleſiam eius ducturū ⁊ ciphum aureū ſe oblatur. Filius ergo ei naſcitur ⁊ ad etatem perducitur. ⁊ ciphꝰ fieri iubetur. qui dū ſibi valde placeret ſuis eū adoptauit vſibus. ⁊ aliū eque valentē fieri p̄cepit. Nauigantibus itaq; ad eccleſiā ſancti Nicolai iubet pater filio vt in illo cipho quē primo fieri fecit aquā ſibi afferret: puer autem cū vellet haurire cū cipho in mari cecidit. ⁊ ſtati diſparuit. Pr̄ autē eum amare flens. nihilominus votū ſuū perfecit. Veniens igit̄ ad altare ſancti Nicolai. cū obtuliſſet ſcōz ciphū tāq̄ proiectꝰ cecidit de altari. Cū autē eū eleuaſſet ⁊ ſuper altare iter poſuiſſet rurſus de altari longiꝰ eſt ꝓiectꝰ. eleuās autē ſuper altare eū iter tertio poſuit. q̄ ⁊ adhuc tertio longius eſt ꝓiectꝰ mirantibus oībus ad tā grande ſpectaculū. ecce puer ſanus ⁊ incolumis aduenit. primū ciphū ſuis geſtās manibus. Narrauitq; corā oībꝰ ꝙ q̄n in mari cecidit. ſtatī btūs Nicolaꝰ affuit ⁊ eū illeſū ſeruauit ſicq; pr̄ eiꝰ letꝰ effectꝰ. vtrūq; ciphum. b. Nico. obtulit. Quidā vir diues meritis. b. Nico. filiū habuit quē a deo datū vocauit. Hic igit̄ ſcō dei capellā in domo ſua cōſtruēs. oī anno feſtū eiꝰ ſolēniter celebrauit. Erat autē locꝰ ille ſitꝰ iuxta terrā agarenorū. Adeo datꝰ q̄ q̄dā vice ab agarenis capit̄ ⁊ in ſeruitute reg̃ eorū deputat̄. ſequēti anno dum feſtū ſancti Nicolai pr̄ eiꝰ deuote celebraret. ⁊ puer ciphū p̄cioſum tenēs regi aſſiſteret recolit ſuā captionē. parētum dolorē. ⁊ gaudiū. qd̄ ī domo ſua ea die fiebat cepitq; altiꝰ ſuſpirare quorū ſuſpiriorū cām dum rex nimis extorſiſſet. ait rex: q̄cq̄d tuꝰ Nicolaꝰ agat tu hic nobiſcum manebis. Et ſubito facto vēti vehemēti totāq; domū cōcutiēte puer cū cipho rapit̄. ⁊ an̄ fores ecclīe vbi parētes agebāt ſolēnia ſancti Nicolai collocat̄. ⁊ magnū gaudiū oībus generatur. Alibi legitur tamen ꝙ predictꝰ iuuenis fuit de normandia qui vltra mare pergens ⁊ a ſoldano captꝰ ante eum ſepe verberatur qui dum in feſto ſancti Nicolai verberaret̄. ⁊ in carcerem recluſus fleret ⁊ pro ſua verberatione ⁊ pro leticia quā tūc habere conſueuerat ſubito obdormiuit ⁊ euigilans in capella patris ſui ſe inuenit.

**Lucia dicitur a** luce. lux eni habet pulcritudinē in aſpectōe. qr vt dicit Amb. lucis nā hec eſt vt oīs in aſpectu eius grā ſit diffuſione ſine coinq̄natione: qr per quecūq; īmunda diffuſa nō coinquinat̄. Rectū inceſſū ſine curuitate longiſſimā lineā ꝑtrāſijt ſine moroſa dilatiōe. p hꝰ ondit̄ ꝙ btā Lucia habuit decorē v̄ginitat̄ ſine aliq̄ corruptiōe. diffuſionē caritatis ſine aliquo īmūdo amore: rectū inceſſū intētionis ī deū. ſine aliq̄ obliq̄tate longiſſimā lineā diuturne opatōis ſine negligētie tarditate. Vel dr̄ lucia q̄ſi lucis via.

Ucia virgo ſira
cuſana nobilis genere. audiens
famā ſancte Agate per totam ſiciliā di=
uulgari. ſepulcrum eius adijt cum ma=
tre ſua Euthicia. quattuor annis fluxū
ſanguinis incurabiliter patiente. Inter
ipſa igitur miſſarum ſolēnia cōtigit. vt
illud euangeliū legeretur in quo domi=
nus mulierē ab hac paſſione ſanaſſe nar
ratur. Tunc Lucia matri dixit. Si cre=
dis his que leguntur: crede Agathā il=
lum ſemper habere preſentem pro cuius
nomine ſuſtinuit paſſionem. ſi ergo eiꝰ
ſepulcrum credens contigeris. perfecta
continuo ſanitate gaudebis. Igit̄ rece=
dentibus cūctis ⁊ matre ⁊ filia iuxta ſe=
pulcrū in oratione exiſtentibus. Luciaꝫ
ſomnus arripuit viditqꝫ Agatham in me
dio angelorum gēmis ornatam ſtanteꝫ
⁊ dicentē ſibi: ſoror mea Lucia virgo deo
deuota. quid a me petis quod ipſa pote=
ris preſtare continuo matri tue. Nā ec=
ce per fidem tuam ſanata eſt. Euigilās
autem Lucia matri ſue dixit. mat̄ mea
ecce ſanata es per ipſaꝫ. ergo te deprecor
que ſuis oratiōibus te ſanauit. ne mihi
decetero nomines ſponſum. ſed q̄cquid
mihi datura eras pro dote. pauperibus
elargire. Cui mater ait. tege prius ocu=
los meos ⁊ quicquid volueris de facul=
tatibꝰ facito. Ad quā Lucia. Quod mo
riens das. ideo das. qꝛ ferre tecū non po=
tes. Da igitur dum viuis ⁊ mercedē ha=
bebis. Cuꝫ ergo rediſſent. fit quotidie
diſtractio rerum et dant̄ in neceſſitatibꝰ
pauperum. Interea dum patrimoniuꝫ
diſtribuit̄. ad ſponſi noticiam perueni=
tur. Requirit ſponſus a nutrice de his.
Reſpondit illa caute ꝙ vtiliorē poſſeſ=
ſionem ſponſa ſua inueniſſet. ꝙ̄ ſuo vo=
lebat nomine compare. Et ideo videba
tur aliquāte diſtrahere. Credidit ſtultꝰ
carnale cōmercium ⁊ cepit autor eſſe vē
dentium. Venditis aūt omnibus ⁊ pau
peribus erogatis: ſponſus trahit eam co=
ram Paſcaſio cōſulari. dicens eam chri=

ſtianam eſſe ⁊ contra leges agere augu=
ſtoꝝ. Inuitante igitur eam paſcaſio ad
ſacrificia ydoloꝝ reſpondit. Sacrificiū
placens deo ē viſitare pauperes. ⁊ eis in
neceſſitatibꝰ ſubuenire et qꝛ iam ampliꝰ
nō habeo quod offerā. meipſam ſibi tri
buo offerendam. Cui paſcaſius. iſta ver
ba tibi ſimili ſtulto xpiano narrare po=
ter̄. mihi autem qui principum decreta
ta cuſtodio iſta fruſtra proſequeris. Ad
quē Lucia. Tu principum tuoꝝ decreta
cuſtodis. ⁊ ego dei mei legem cuſtodiā.
Tu ꝑncipes times. ⁊ ego deū timeo. tu
illos offendere non vis. ⁊ ego deū offen
dere caueo. tu illis placere deſideras. et
ego vt chriſto placeā concupiſco. tu ergo
fac quod tibi vtile eſſe cognoſces. ⁊ ego
faciam quod vtile mihi eſſe proſpexero.
Cui paſcaſius. patrimonium tuū cum
corruptoribus expendiſti. et ideo quaſi
meretrix loquer̄. Cui Lucia. Patrimo
niū meum in tuto loco cōſtitui: corrupto
res autem mentis ⁊ corporis nūꝙ̄ ſaui.
Reſpōdit paſcaſius. qui ſunt corrupto=
res corporis ⁊ mentis. Lucia dixit. Cor=
ruptores mentis vos eſtis: qui ſuadetis
vt anime ſuū deſerant creatorem. Cor=
ruptores vͦo corporis ſunt qui tēporalem
delectationem preponunt epulis ſempi=
ternis. Paſcaſius dixit ceſſabunt verba
cum peruentū fuerit ad verbera. cui Lu
cia dixit. Verba dei ceſſare non poſſunt
Cui paſcaſius. Tu ergo deꝰ es. Reſpō=
dit Lucia. Ancilla dei ſum: qui dixit cuꝫ
ſteteritis ante reges ⁊ preſi. ⁊c̄. Non enī
vos eſt̄ ⁊c̄. Paſcaſius dixit. In te ergo
ſpiritusſanctꝰ eſt. Cui Lucia. qui caſte vi
uunt templum ſpiritusſancti ſunt. Cui
paſcaſius. Ego faciam te duci ad lupa=
nar. vt ibi violationem accipias ⁊ ſpiri=
tumſanctū perdas. Cui Lucia. Nō co
inquinatur corpus niſi de conſenſu mē
tis. Nam ſi me inuitam violare feceris
caſtitas mihi duplicabitur ad coronam
Nunꝙ̄ autem voluntatem meā ad cō=
ſenſum tuū poteris prouocare. Ecce cor
pus meum ad omne ſupplicium eſt pa=



ratum quid moraris. Incipe fili diabo
li deſideria penarū tuarū exercere. Tūc
paſcaſius lenones fecit venire dicēs eis.
Inuitate ad eam omnē populū ⁊ tādiu
illudatur donec mortua nūcietur. Vo=
lentes autem eā trahere. tanto pondere
ſpūſſanctus eam fixit. vt omnino eā mo=
uere nequirent. Fecitqꝫ paſcaſius mille
viros accedere. ⁊ manus eius ⁊ pedes li
gare. ſed eā nullatenus poterant moue=
re. Tūc ⁊ cū viris mille plura paria boū
adhibuit: ſed tn̄ virgo dn̄i īmobilis per
manſit. Vocatis autē magis vt ſuis in=
cantationibus moueret̄: omnino moue=
ri non potuit. Tūc dixit paſcaſius. que
ſunt iſta maleficia ꝙ vna puella a mille
viris non mouet̄. Lucia dixit. non ſunt
iſta maleficia: ſed beneficia chriſti. porro
ſi adhuc decē milia adhibueris. eque vt
prius īmobilem me videbis. Putās vͦo
paſcaſius ſꝫm quoſdā figmentum ꝙ
lotio fugarent̄ maleficia: iuſſit eaꝫ lotio
perfundi. Cūqꝫ nec ſic moueri poſſet: an
guſtiatus nimis copioſum ignem circa
eā accēdit. picēqꝫ ⁊ reſinā ⁊ feruens oleū
ſup eā fundi iuſſit. Dixitqꝫ Lucia. In=
duciās impetraui martirij mei. vt credē
tibus timorē auferā paſſionis. ⁊ non cre
dentibus vocē inſultationis. Vidētes
autē amici paſcaſij eū anguſtiari. in gut
ture eiꝰ gladium īmiſerūt. que nequaꝙ̄
loquelam omittēs. dixit. Annūcio vo=
bis pacē eccleſie redditam. maximiano
hodie mortuo. ⁊ de regno ſuo Dyocle=
ciano expulſo. ⁊ ſicut ciuitati cathanenſi
ſoror mea Agatha data ē protectrix. ſic
⁊ ego ciuitati ſiracuſane cōceſſa ſū a deo
interuentrix. Dū hec virgo loquitur. ec=
ce miniſtri romanoꝝ veniūnt. paſcaſiuꝫ
apprehendunt. ⁊ vinctū ſecum ad ceſa=
rem ducūt. Audierat enim ceſar ꝙ vni=
uerſam prouinceam fuerat depredatꝰ ve
niens ergo romam ⁊ ſenatui accuſatꝰ pa
riter ⁊ conuictus capitali ſententia ē pu=
nitus. Virgo vͦo Lucia de loco in quo
percuſſa eſt mota non eſt nec ſpiritū tra=
didit quouſqꝫ ſacerdotes venirent et

corpꝰ domini ei traderent: ⁊ omnes aſtā
tes amē domino reſponderunt. In eo=
dem loco ſepulta eſt ⁊ eccleſia fabricata.
Paſſa eſt autēꝫ tempore Conſtantini et
Maxencij. circa annū dn̄i. cccx.

Homas interp̄
tatur abyſſus. vel geminꝰ. quod
eſt grece didimus dei. Vel dicitur tho=
mas a thamos quod ē diuiſio vel ſectio
dicit̄ ergo abyſſus. eo ꝙ profunditateꝫ
diuinitatis penetrare meruit. qn̄ ad ſui
interrogatiōeꝫ xp̄s ſibi reſpondit. Ego
ſum via veritas ⁊ vita. Dicit̄ geminus.
eo ꝙ reſurrectionem xpi quaſi gemina=
te ⁊ in duplum ꝙ̄ alij cognouit. Nā illi
cognouerūt videndo. iſte vidēdo ⁊ pal=
pando. Diuiſio autem ſiue ſectio dicit̄.
qꝛ mentē ſuam ab amore mūdi diuiſit.
vel qꝛ ab alijs in fide reſurrectionis diui
ſus ⁊ ſectus fuit. In mēte ſua ob amoreꝫ
dei: amorē mundi diuiſit. Vel dicit̄ tho
mas quaſi totꝰ means in dei. ſ. amore et
contēplatiōe. habuit enī tria que in ipſo
indicauerūt fuiſſe amorem dei. de quibꝰ
dicit Proſper in li. de vita contemplati
ua. Quid eſt deū diligere niſi animo cō
cipere feruidū viſiōis dei affectum. pec=
cati odium ⁊ mundi faſtidiū. Vel dicit̄
thomas a theus qͦd eſt deus ⁊ meus. vn̄
thomas quaſi deꝰ meus. nō hoc propter
illud qͦd dixit cū certificatꝰ credidit. do=
minus meꝰ ⁊ deus meus.

Homas apo=
ſtolus cum eſſet apud ceſareā
apparuit ei dominꝰ di. Rex indie gūdo=
forus miſit prepoſitum abaneꝫ querere
hominē architectoria arte eruditū. Ve
ni igit̄ ⁊ trāſmittam te ad eū. Cui Tho
mas. Domine quo vis mitte me. pretꝙ̄
ad indos. Cui dominus. Vade ſecure
qꝛ ero cuſtos tui. Cūqꝫ indos conuerte
ris. ad me cum palma martirij venies.
Cui Thomas. Dominus meꝰ es. ⁊ ego
ſeruus tuus fiat voluntas tua. Cūqꝫ ꝑ=
poſitus per forūꝫ ambularet: dixit ei do=

min⁹. Quid compare vis iuuenis. Cui
ille. Dñs meus miſit me vt conducā ſibi
ſeruos in arte architectoria eruditos. vt
romano opere ſibi palaciū cōſtruatur.
Tunc tradidit ei Thomā aſſerens eū
plurimū in tali arte peritum. Nauigan
tes autē ad quandam ciuitatē venerūt
in qua rex filie ſue nuptias celebrabat.
Hic cum preconizari feciſſet vt oēs nup-
tijs intereſſent. alſ regem offenderent cō
tigit illum abanē ⁊ apoſtolum introire.
Puella autē hebrea fiſtulā in manu ge-
rens. vnūquēq; laude aliqua cōmenda-
bat. Videnſq; apoſtolū intellexit hunc
eſſe hebreum. eo ꝙ nō manducaret: ſed
oculos ad celū fixos haberet. Cūq; pu
ella coram eo hebraice caneret: di. Un⁹
eſt de⁹ hebreoꝝ qui creauit omnia ⁊ fun
dauit maria. apoſtolus ipſa hec eadem
verba repetere ſatagebat. Videns autē
pincerna ꝙ nō manducaret nec biberet:
ſed tm̄ oculos fixos ad celū haberet. apo
ſtolum dei in maxillā pcuſſit. Cui apo-
ſtolus. Meli⁹ eſt vt in futuro indulgen
tia tibi tradatur ⁊ hec tranſitoria plaga
reddatur. Nō hinc ſurgam donec ma-
nus que me percuſſit. huc a canibus af-
feratur. Hic igitur ad hauriendā aquā
abijt. ⁊ leo ipſum occidens ſanguinē ei⁹
bibit: laceratibus aūt canibus eius cor-
pus. vnus niger canis manū ei⁹ dextrā
in medium cōuiuiū apportauit. quo vi-
ſo omnis turba obſtupuit. ⁊ puella eius
verba referens. proiecta fiſtula ad pedes
apoſtoli ſe proiecit. Huius autem vltio
nem factam reprobat Aug⁹. in li. cōtra
fauſtum. ⁊ aſſerit a pſeudo hoc fuiſſe in-
ſertum. Unde ⁊ legēda hic quo ad plu-
ra ſuſpecta habetur. Poſſet tamen dici
ꝙ non animo impetrandi. ſed modo p̄-
dicendi dictum ſit. ſi tamen Augſ. ver-
ba diligenter inſpiciant non penit⁹ iſta
reprobare videntur. Ait eni ſic in eodē
libro. Legūt ſcripturas apocriphas ma
nichei. ⁊ neſcio a quibus ſutoribus fabu
larum ſub apoſtoloꝝ nomine ſcriptas:
qui ſuorum ſcriptoꝝ temporibus in au-
ctoritatem ſancte eccleſie recipi mererē-
tur. ſi ſancti ⁊ docti homines qui tūc in
hac vita erant ⁊ examinare poterāt alia
eos non vera locutos eſſe cognoſcerent.
Ibi tamen legunt apoſtolum Thomā
cum eſſet in quodam nuptiarum cōui-
uio peregrin⁹ ⁊ p̄ſus incognitus a quo-
dam miniſtro palma percuſſum. impre
catum fuiſſet homini cōtinuam ſeuāq;
vindictam. Nā cū egreſſus eſſet ad fon-
tem vñ ⁊ aquā cōuiuantibus miniſtra-
ret. in eum leo irruēs interemit. manūq;
eius qua caput aplī leui ictu pcuſſerat a
corpore auulſam ſm̄ verbū eiuſdē apo-
ſtoli id optantis atq; ip̄recātis canis ma
nū intulit menſis in quibus ipſe aplus
diſcūbebat. quid hoc videri crudeli⁹ po
teſt. veꝝ q̄ ibi niſi tñ fallor. hoc etiā ſcri
ptū eſt ꝙ ei veniā in ſeculo futuro petie
rit. factaq; ē cōpenſatio bñficij maioris.
vt ⁊ apls q̄ carus deo eſſet. p hunc timo
rem cōmendaret ignotis ⁊ ille poſt hāc
vitā qñq; finiendā conſularet. Veꝝ au-
tē illa vera ſint an ꝯficta narratio. nihil
mea nūc intereſt. Certe eni manichei a
quib⁹ ille ſcripture quas canon eccleſia-
ſticus reſpuit tāq̄ vere atq; ſincere acce-
ptant ſaltē hic cogunt fateri illam patiē
tie virtutē quam docet dñs di. Si quis
te pcuſſerit in maxillā dextrā prebe ei ſi-
niſtrā. poſſet eſſe in preparatione cordis
etiā ſi nō exhibeat geſtu corporis. ⁊ exp̄ſ
ſione verboꝝ q̄nquidē apls palma per-
cuſſus poti⁹ dñz rogauit vt iniurioſo ho-
mini i futuro ſeculo parceret in p̄nti au-
tē ſeculo illa iniuria nō inulta relinquere-
tur quā vel p̄buit ferienti alteram aut vt
iteꝝ feriret admonuit. Tenebat certe in
terius dilectionis affectum ⁊ exteri⁹ req
rebat correctiōis exemplū. ſiue hoc veꝝ
ſit ſiue cōfictum. cur nolunt credere tali
animo famulum dei Moyſen ydoli fa
bricatores ⁊ adoratores gladio proſtra
uiſſe. Si aūt penas illas comparamus qd
ſimilie ferro interimi. ⁊ a feris trucida-
ri atq; laniari. Qn̄ quidē iudices publi
cis legibus ſeruientes: maioris criminis



reos beſtijs ſubdi q̄ gladio pcuti iuben
tur. hec Aug⁹. Tunc apls ad petitionē
regis ſponſum ⁊ ſponſam bñdixit da in
quiens dñe adoleſcētibus his bñdictio-
nem tue dextre. ⁊ in eoꝝ mentibus ſemi-
na ſemen vite. Abeūte autē aplo in ma-
nu iuuenis ē repert⁹ plenus dactilis pal
me ram⁹. Comedentibus vo ſponſo ⁊
ſponſa de fructu eius ambo obdormiūt
⁊ ſomniū ſimile ambo cernūt. Videba
tur eteni eis ꝙ rex gēmat⁹ eos amplectē-
tur ⁊ diceret. apls me⁹ benedixit vos vt
eterne vite participes ſitiſ. Euigilantib⁹
autē ⁊ mutuo ſibi ſomnia reuelātibus.
apoſtolus ad eos ingreditur. dicens eis.
Rex meus vobis modo apparuit: ⁊ me
clauſis ianuijs huc adduxit. vt ſup vos
bñdictio mea fructificet habetis carnis
integritatem que ē omniū regina virtu-
tū. ⁊ fructus ſalutſ perpetue. virginitas
ſoror ē angeloꝝ. poſſeſſio omniū bonoꝝ
victoria libidinū. fidei tropheum. expu
gnatio demonū. ⁊ etnoꝝ ſecuritas gau-
dioꝝ. De libidine autē corruptio gigni-
tur. de corruptiōe pollutio naſcitur. de
pollutione autē reatus oriē. de reatu cō
fuſio generat. Hec illo referente duo an
geli apparuerūt dicētes eis. Nos ſum⁹
angeli vobis ad cuſtodiā deputati: qui
ſi apoſtoli bene ſeruaueritis monita of-
ferem⁹ deo oīa vota veſtra. Eos igitur
apoſtolus baptizauit. ⁊ de fide diligent
edocuit. Poſt multū vo temporis ſpon
ſa noie pedagia ſacro velamine cōſecta
martiriū patit. ⁊ ſponſus noīe dyoniſi⁹
illi ciuitati in epm ordinat. Poſt hec
aūt apoſtolus ⁊ abanes ad regem in die
peruenerūt. Deſignato vo ab aplo mira
bili palacio. ⁊ copioſo thezauro accepto
rex in aliā prouinciā proficiſcitur. ⁊ apo
ſtolus vniuerſum thezaurū pauperib⁹
elargitur. per totū autem bienniū quo
abfuit rex apoſtolus predicatiōi inſtitit
⁊ innumerabilē populū ad fidē conuer-
tit. Rediens autē rex ⁊ que Thomas fe
cerat diſcēs. ipſum cū abane i ima retru-
ſit carceris. vt poſtmodū viuos excoria-
tos vltricibus daret flāmis. Inter̄ ea
gad frater regis moritur ⁊ ei ſepulcrum
cū ambitiōe nimia p̄parat. Quarta aūt
die q̄ mortu⁹ fuerat: reſurrexit. ⁊ ſtupefa-
ctis oībus et cūctis fugiētib⁹ dixit fratri
ſuo. Iſ hō frater quē excoriare ⁊ incēdere
diſponis amic⁹ dei eſt. ⁊ ſancti angeli fa-
mulant ei. qui me in paradiſū ducētes:
quoddā mihi oſtēderūt palaciū ex auro
⁊ argento ⁊ lapidib⁹ precioſis mirabilit
fabricatū: ⁊ cū eius pulcritudinē admi-
rarer dixerūt mihi. h° eſt palaciū qd̄ fra-
tri tuo Thomas extruxerat. Cūq; dice-
rē. vtinā ianitor ei⁹ eſſem dixerūt mihi.
frat tu⁹ illo ſe fecit indignū. ſi vis in il-
lo manere. rogabim⁹ dnm vt te ſuſcita-
re dignet. vt illud a frē tuo poſſis emere
reddens ei pecuniā quā ſe exiſtimat per
didiſſe. Et hec dicēs cucurrit ad carcerē
apli fratri ſuo poſtulās indulgeri: abie-
ctiſq; vinculis rogare aplm cepit: vt ve-
ſtē acciperet p̄cioſam. Cui apls. Ignoras
ꝙ nihil carnale nihil terrenū geſtiunt q̄
cupiunt habere in celeſtibus poteſtatē.
Egredienti autē apoſtolo de carcere rex
occurrit: ⁊ aduolutus eius pedibus ve-
niam poſtulabat. Tunc apoſtolus ait.
Multum vobis preſtitit deus. vt ſecre-
ta ſua vobis oſtenderet. Credite in chri
ſtum ⁊ baptiſamini vt eterni regni par-
ticipes ſitis. Dixitq; ei frater regis. Vi-
di palacium quod fratri meo feciſti ⁊ il-
lud cōparare merui. Cui apoſtolus. Hoc
in poteſtate fratris tui ē. Cui rex. Illud
eſt meum. apoſtolus tibi fabricet alte-
rū: Quod ſi forte nequiuerit mihi ⁊ ti-
bi hoc vnum cōmune erit. Reſpondit
apoſtolus. Innumerabilia palacia ſūt
in celo ab initio ſeculi preparata. que fi-
dei precio ⁊ elemoſynis comparantur. di
uitie autem veſtre ad illa vos antecede
re poſſunt. ſequi vero omnino non p̄nt

Poſt vnū aūt mēſē fec apls hoies illi⁹
p̄uincie ꝯgregari. qb⁹ cōgregatis. debi
les ⁊ infirmos ſeorſū ſtare iuſſit: ⁊ ſuper
eos orauit. Cūq; qui docti fuerant re-
ſpōdiſſent amen. choruſcatio de celo ve-

piens tam apoſtolum ꝙ ceteros fere per horam dimidiam ſic proſtrauit: vt oēs ſe putarēt ictu fulguris interijſſe. erigēs autem apoſtolus ſe dixit. Surgite quia dominus meꝰ ſicut vulgur venit voſq; ſanauit. Exurgētes autem omnes ſani deum ⁊ apoſtolū glorificauerunt. Tūc apoſtolus cepit eos docere ⁊ duodecim gradus virtutum aſſignare. Primus ē. vt in deum credant qui eſt vnꝰ in eſſentia. ⁊ trinus in perſonis. deditq; eis triplex exemplū ſenſibile. quomodo ſint in vna eſſentia tres perſone. Primū eſt. qꝛ vna eſt in homine ſapientia et de illa vna procedit intellectus memoria ⁊ ingenium. Nam ingenium eſt inquit. vt qđ didiciſti inuenias. Memoria vt nō obliuiſcaris que didiceris. Intellectus vt intelligas que oſtēdi poſſunt vel doceri. Scđm eſt ꝙ in vna vinea tria ſunt ſcȝ lignum folia ⁊ fructus. ⁊ omnia tria vnum ſunt ⁊ vna vinea ſunt. Tertium eſt qꝛ caput vnum quattuor ſenſibꝰ conſtat. in vno enim capite ſunt viſus. guſtꝰ auditus ⁊ odoratus. ⁊ hec plura ſunt. ⁊ vnum caput ſunt. Secundus gradus ē vt baptiſmum ſuſciperent. Tertius eſt vt ſe a fornicatione continerent. Quartꝰ vt ſe ab auaricia temperarent. Quintus vt gulam reſtringerent. Sextus vt penitentiam tenerēt. Septimus vt in his pſeuerarent. Octauus vt hoſpitalitatem amarent. Nonus vt voluntatem dei in faciendis quererent: ⁊ ea ope complerēt. Decimus vt eam in non faciendis quererent: ⁊ ea vitarent. Undecimus vt caritatem amicis ⁊ inimicis impenderent Duodecimus vt in cuſtodiendis his vigilem curam haberent. Poſt predicationem vō baptizati ſunt nouem milia virorum exceptis paruulis ⁊ mulieribus.

Poſt hec autem in ſuperiorem indiā abijt: in qua innumeris miraculorū inſignijs choruſcauit. Synticem etiā amicā migdomie vxoris cariſij cognate regis apoſtolus illuminauit. dixitq; migdomia ad ſynticem. putas ſi potero eū videre. Tunc migdomia de conſilio eiꝰ habitum mutauit. ⁊ inter paupes mulieres vbi apoſtolus pdicabat aduenit. Apoſtolus autem cepit de vite huiꝰ miſeria predicare: dicens inter cetera: quoniam vita hec eſt vita miſera. caſibꝰ ſubiecta: ⁊ adeo fugitiua vt cū teneri credit effugiat labefacta. Deinde cepit quattuor rationibus exhortari vt verbum dei libenter audirēt. ipſum verbū dei quattuor rex generibꝰ cōpando. ſ. collirio ex eo ꝙ oculum noſtri intellectus illuminat. Potōi: ex eo ꝙ noſtrum affectuȝ ab omni carnali amore purgat ⁊ mundat. Emplaſtro: ex eo ꝙ peccatorum noſtrorum vulnera ſanat. Cibo ex eo ꝙ nos celeſtium amore delectat. Et ſicut inquit hec egroto non valent. niſi ea in ſe receperit: ſic nec anime languenti verbū dei prodeſt. niſi illud deuote audierit. Predicante igitur apoſtolo migdomia credidit. ⁊ deinceps viri thoruȝ abhorruit Tunc cariſius a rege impetrauit ⁊ apoſtolum in carcerem poſuit. ad quem veniēs migdomia rogauit vt ſibi ignoſceret. ꝙ propter eam in carcerē miſſus eſſȝ: quā ille benignꝰ conſolans. hec oīa paſſi ſe libenter aſſeruit. Cariſius autē regem rogauit vt reginā ſororē ſue vxorꝭ ad eā mitteret ſi forte eā reuocare poſſet Miſſa regina conuertitur ab ea quam volebat puertere: viſiſq; tot miraculis que apoſtolꝰ faciebat: dixit. Maledicti ſunt a deo. qui nō credunt his operibꝰ. Tunc apoſtolus omnes qui aderant de tribus breuiter inſtruxit. ſ. vt eccleſiā diligerēt. ſacerdotes honorarēt: ⁊ aſſidue ad audiendū verbū dei pueniret. Reuertente autē regina dicit ei rex vt quid tādiu morata es. Que reſpondit. Putabā migdomiā ſtultā eſſe: ſed ⁊ ſapientiſſima ē: ⁊ me ad apoſtolū dei ducēs. viaȝ veritatis me cognoſcē fecit ⁊ nimis ſtulti ſunt qui in chriſtū nō credūt. Noluitq; regina regi deinceps copulari. Stupefactus autē rex: dicit cognato ſuo. Dū tuā vxorē recuperare vellē meam perdidi ⁊ peior mihi mea effecta eſt ꝙ̄ tua tibi Tūc rex iuſſit apoſtolū ligatis manibꝰ ad ſe adduci: precipiens ei. vt ad ſuos viros coniuges reuocaret. Apoſtolus aūt triplici exēplo ei oſtendit ꝙ̄diu in errore perſiſterent. hoc facere non deberent. videlicet exemplo regis. exemplo turrꝭ. ⁊ exemplo fontis. Unde dixit. Tu cum ſis rex. nō vis habere coinquinata ſeruitia. ſed mūdos ſeruos pariter ⁊ ancillas. Quanto magis credere debes deū amare caſtiſſima ⁊ munda ſeruitia. quid ergo culpor ſi deum amare predico in ſeruis ſuis quod diligis ⁊ in tuis. Fabricaui turrim excelſam. ⁊ dicis mihi vt ego qui fabricaui eam deſtruā. Fodi terraȝ profundā. ⁊ eduxi fonteȝ de abyſſo. ⁊ tu dicis mihi vt obruaȝ illum. Tunc iratꝰ rex afferri iuſſit ardentes laminas ferreas. ⁊ apoſtolū ſtare nudis pedibus ſup eas. protinus autē nutu dei fons ibi erupit ⁊ eas extinxit. Tunc rex conſilio cognati ſui eū in fornacem ardentem mitti fecit. Que tn̄ ſic refrigerata eſt. vt die altero ſanꝰ inde exiret ⁊ illeſus. Dixitq; regi cariſius. Fac illum offerre ſacrificiū deo ſoli. vt ſic dei ſui irā incurrat: qui ab his eū liberat. Cūq; ad hoc vrgeretur: dixit ei. Preſtantior es tu ꝙ̄ factura tua ⁊ quomodo tu verū deum negligis ⁊ picturā co is. Tu putas ꝙ ſicut dicit cariſius deus meus mihi iraſcet. poſtq̄ adorauero deū tuū: magis autem iraſcetur deo tuo eūq; cōminuet. adoro igitur eū Si ergo me adorante deum tuum deus meus non euertet illum. ſacrificabo illiꝰ Si autē ſic: tu credes deo meo. Cui rex. Adhuc mecum quaſi cū pare loqueris. Precepit igitur apoſtolꝰ hebraice demoni qui in eo erat vt ꝙ̄cito coraȝ ydolo genua flecteret: ſtatim ydolum cōminueret. Flectens igitur apoſtolus genua dixit. Ecce adoro ſed nō ydolum. ecce adoro ſed non metallū. ecce adoro ſed non ſimulacrū: adoro autem dominū deum meum iheſum chriſtum in cuius nomine precipio tibi demon qui in eo latitas: vt ſimulacrū iſtud cōminuas. Statiq; ſicut cera liquefactum eſt. Tunc omnes ſacerdotes ydolorum mugitum animalia veluti irrationabilia mortis propter pericula aduentura in macella ſuos per interfectores vi allegatis eorum crinibꝰ in humane funibus ducuntur dederūt: Pontifex autem populi eleuans gladiū apoſtolum tranſuerberauit: dicēs. Ego vindicabo iniurias dei mei. Rex autem ⁊ cariſius aufugerunt. videntes ꝙ populus vellet apoſtolum vindicare ⁊ pontificem viuū incendere. chriſtiani autem corpus apoſtoli tulerunt ⁊ honorifice ſepelierunt. Poſt longum tempus: ſcȝ circa annos domini ducentos ⁊ triginta. corpus apoſtoli in ediſſam ciuitatem ſuam que olim dicebatur rages medorum traſlatum eſt. Alexandro imperatore ad ſyrorum preces hoc faciente. In illa autem ciuitate nullus hereticꝰ. nullus iudeus. nullus paganꝰ poteſt viuere: nec tyrānus aliquis ibi nocere. poſtq̄ abagarus rex illius ciuitatis epiſtolam manu ſaluatoris ſcriptam accipere meruit. Nam ſi quandoq; gens aliqua cōtra ciuitatem illā inſurrexit. infans baptizatus ſuper portaȝ ſtans. epiſtolam illam legit: ⁊ ea die tam ſaluatoris ſcriptis ꝙ̄ apoſtoli Thome meritꝭ hoſtes aut fugiunt aut pacātur. Iſidorus in libro de vita ⁊ obitu ſanctorū ſic de iſto apoſtolo dicit. Thomas diſcipulꝰ chriſti ac ſiſis ſaluatori audiendo incredulus. videndo fidelis fuit. hic euāgelium predicauit parthis. medis ⁊ perſis. hircanis. ⁊ brachianis. ⁊ intrans orientalem plagam ⁊ interna gentium penetrās: ibi pdicationem ſuam vſq; ad titulū ſue paſſionis perduxit. hic lanceis trāſfixus occubuit. hec Iſidorꝰ. Criſoſtomꝰ quoq; ait. ꝙ dum Thomas ad regionem magorum qui ad chriſtum adorandū venerant deueniſſet eos baptiſauit. ⁊ facti ſunt adiutores fidei chriſtiane.

# Icto de feſtiui-

tatibus que incurrũt infra tem-
pus renouatiõis quod incepit a Moy-
ſe ⁊ prophetis. ⁊ durauit vſqȝ ad aduen
tum chriſti in carne: quod tẽpꝰ repreſen
tat eccleſia ab aduentu vſqȝ ad natiuita
teȝ domini incluſiue. Sequit̃ videre de
feſtiuitatibus que eueniunt infra tem-
pus quod partim continet̃ ſub tẽpore re
conciliationis. partim ſub tempore pere
grinatiõis. quod tempus repreſentat ec-
cleſia a natiuitate vſqȝ ad ſeptuageſimã
ſicut ſupra in ꝓlogo dictũ eſt.

# Atiuitas domi

ni nr̃i iheſu chriſti ſm carnem
vt quidam aiunt. completis ab Adam
q̃nqȝ milibus ducẽtiſuigintiocto annis
Vel ſm alios ſex milibꝰ. Vel ſm Euſe
bium ceſarieñſem in chronicis ſuis q̃nqȝ
milibus ducẽtis ⁊ vno minꝰ. tpe Octa-
uiani impatoris facta eſt cõputatio. cũ
ſex miliũ annoꝝ inuenta fuit a metho-
dio. potius miſtice q̃ chronice. Venien
te autẽ ipſo filio dei in carnẽ. tanta pace
vniuerſus mũdus gaudebat: vt toti or-
bi vnicus romanoꝝ impator pacifice p̄-
ſideret. Hic dictus ẽ octauianꝰ a prima
impoſitiõe. Ceſar a iulio ceſare. Augu-
ſtus ab augmẽto reipublice. Impator a
dignitatẽ honore: qui ad differentiã alio-
rum regũ fuit pmo hoc nomine inſigni
tus. Nã ſicut naſci voluit vt nobis pa-
cem temporis ⁊ pacẽ eternitatis tribue-
ret: ſic nihilominus voluit vt ortũ ſuuȝ
pax temporis illuſtraret. Ceſar igit̃ Au
guſtus vniuerſo preſidens orbi ſcire vo
luit quot ꝓuincie. quot ciuitates. quot
caſtra. quot ville. quot homines in toto
orbe eſſent. iuſſit. vt dicit̃ in hiſtoria ſco
laſtica. vt oẽs homines ad vrbem vnde
trahebant originẽ pergerent: ⁊ quilibet
denarium argenteũ qui valebat decem
nũmos vſuales. vnde ⁊ denariꝰ dicebat̃
preſidi prouincie tradens ſe ſubditũ ro-
mano imperio profiteret̃. Nã ⁊ nũmus
imaginem preferebat ceſaris ⁊ ſuperſcri-
ptionem nominis. Dicebatur autẽ pro-
feſſio ⁊ deſcriptio: ſed diuerſa conſidera-
tione. Profeſſio enĩ dicebatur. q2 quili-
bet quando reddebat preſidi prouincie
cenſum capitalem. i. denarium illuȝ qui
ſic vocabatur. ponebat ſuper caput ſuũ.
⁊ proprio ore profitebatur ſe eſſe ſubdi-
tum romano imperio: vnde dicebat̃ pro
feſſio. i. ꝓprio ore faſſio: ⁊ fiebat hoc co-
ram omni populo. Deſcriptio autem di
cebatur. q2 numerus eorum qui cenſuȝ
capitis ferebant certo determinabat̃ nu-
mero ⁊ rẽdigebatur in ſcriptis. Hec au
tem deſcriptio prima facta eſt a preſide
ſyrie cirino. Prima dicitur vt in eadem
hiſtoria ſcolaſtica habetur q̃tum ad ci-
rinum. q2 enim iudea in vmbilico terre
habitabilis eſſe dicitur. prouiſum eſt vt
in ea inchoaretur. ⁊ deinde per circum-
ſtãtes regiones ⁊ alij preſides proſeque-
rẽtur. Vel prima dicitur. i. vniuerſalis.
q2 alie preceſſerunt particulares. Vel for
te prima capitum in ciuitate fiebat a pre
ſide. ſecunda ciuitate in regione allega-
to ceſaris. tertia regionum in vrbe coraȝ
ceſare. Ioſeph autem cum eſſet de gene
re dauid. a nazareth in bethleem profe-
ctus eſt. Cum autem beate Marie tem
pus pariendi inſtaret. ⁊ ipſe de ſuo redi
tu neſciret. eã ſecuȝ aſſumpſit ⁊ in beth-
leem ſecum duxit: nolens theȝaurum ſi-
bi a deo cõmiſſuȝ in aliena manu dimit
tere. ſed ipſe per ſe volens illuȝ cura per-
uigili cuſtodire. Cum ergo bethleem
appropinquaſſet. vt frat̃ Bartholomeꝰ
in ſua compilatione teſtatur et de libro
infantie ſaluatoris eſt ſumptum. vidit
virgo beata partem populi gaudentem
⁊ partem gementeȝ. Quod ſibi angelus
exponens ait: Pars populi gaudens eſt
populus gentilis: qui in ſemine abrahe
eternam benedictionẽ accipiet. pars au-
tem gemens eſt plebs iudaica a deo ſuis



meritis reprobata. Cuȝ igit̃ ambo beth-
leem veniſſent. ⁊ q2 pauperes erant. ⁊ q2
omnia hoſpitia alij qui ꝓpter hoc ipſuȝ
venerant occupauerant. nullum hoſpi-
tium habere potuerunt: diuerterunt er-
go in cõmuni tranſitu. qui vt dicitur in
hiſtoria ſcolaſtica. erat iter duas domos
cooperimentum habẽs. qui diuerſoriũ
dicitur. ſub quo ciues ad colloquendũ
vel ad cõueniendum in diebus ocij. vel
propter aeris temperiem diuertebant.
vbi forte ioſeph preſepe boui ⁊ aȝino fe-
cerat. Vel ſm quoſdam ruſtici cum ad
forum veniebant animalia ſua ibidem
ligabant. ⁊ ideo preſepe ibi conſtructuȝ
erat. Ipſa igitur nocte media diei domi
nice beata virgo filium ſuum peperit. ⁊
in preſepio ſup fenum reclinauit. Quod
fenum vt habetur in hiſtoria ſcolaſtica;
beata Helena poſtmodum romam at-
tulit. A cuius feni comeſtione bos ⁊ aȝi
nus vt dicitur: abſtinebant. Notan-
dum autem q̃ natiuitas chriſti fuit mi-
rabiliter facta. multipliciter oſtẽſa ⁊ vi-
riliter exhibita.

# Primo fuit mirabi

liter facta tum ex parte generantis. tum
ex parte geniti. tum ex parte modi gene-
randi. Ex parte generantis. q2 ipſa fuit
virgo ante partum. ⁊ virgo in partu. et
virgo poſt partum. Et hoc ſcȝ q̃ virgo
manens peperit. quinqȝ modis oſtenſuȝ
eſt. Primo per propheciam Iſa. vij. Ec-
ce virgo concipiet ⁊c̃. Secũdo per figu-
ram. hoc enim figuratum fuit ⁊ per vir-
gam aaron que ſine omni humano ſtu-
dio floruit. ⁊ per portaȝ Ezechielis que
ſemper clauſa permanſit. Tertio per cu-
ſtodiam. Ioſeph enim ex eo q̃ ipſaȝ cu-
ſtodiuit. teſtis ſue virginitatis extitit.
Quarto per experientiam. cum enim vt
in compilatiõe Bartholomei habet̃ et
de libro infantie ſaluatoris ſumptũ fu-
iſſe videtur. Cum beate Marie parien-
di tempus inſtaret. Ioſeph licet deum
de virgine naſciturum non dubitaret.
mortem tamen gerẽs patrie obſtetrices
duas vocauit. Quaruȝ vna vocabatur
zebel ⁊ altera ſalome. zebel igitur conſi-
derans ⁊ inquirens ⁊ ipſam virgineȝ in-
ueniens. exclamauit virginem peperiſ-
ſe. Salome autem dum non crederet ſȝ
hoc probare ſimiliter vellet: continuo
aruit manus eius. Iuſſu tamen angeli
ſibi apparentis puerũ tetigit: ⁊ continuo
ſanitatem recepit. Quinto per miraculũ
euidentiaȝ. Rome enim vt teſtatur In-
nocentiꝰ papa tertius: duodecim annis
pax fuit. Igitur romani templum pacis
pulcherrimum conſtruxerunt ⁊ ibi ſta-
tuã romuli poſuerunt conſulentes autẽ
appollinem quãtum duraret. acceperũt
reſpõſum q̃uſqȝ v̓go pareret. Hoc autẽ
audientes dixerunt: ergo ineternum du-
rabit: impoſſibile enĩ credebant q̃ vnq̃
pareret virgo. vnde in foribus templi ti-
tulum hunc ſcripſerunt. templum pac̃
ineternum. ſed in ipſa nocte qua virgo
beata peperit templũ funditus corruit:
⁊ ibi ẽ modo eccleſia ſancte marie noue.
Secundo fuit mirabilit̃ facta ex par-
te geniti. Naȝ ſicut dicit Bern̄. q̃ in ea-
dem perſona eternum antiquum et no-
uum mirabiliter conuenerunt. Eternũ
. i. diuinitas. antiquum. i. caro ab Adã
traducta. nouum. i. anima de nouo crea
ta. Item ſicut ibidem dicit. Hodie tres
mixturas vel tria opera fecit deus ita mi
rabilit̃ ſingularia: vt talia nec facta ſint:
nec amplius facienda ſint. cõiuncta q̃p-
pe ſunt adinuicem. deus ⁊ homo: mater
⁊ virgo: fides ⁊ cor humanum. Prima
valde mirabilis: q2 ꝯiuncta ſunt limus
⁊ deus: maieſtas ⁊ infirmitas: tanta vili
tas ⁊ tanta ſublimitas. nihil enim deo
ſublimius: ⁊ nihillimo vilius. Secunda
nihilominus valde mirãda ⁊ mirabilis
a ſeculo enim non eſt audituȝ q̃ virgo
eſſet que peperit: ⁊ mater eſſet que virgo
permanſit. Tertia eſt prima ⁊ ſecunda
inferior ſȝ non minus fortis. Mirũ enĩ
q̃uõ cor hũanũ fideȝ his duobꝰ accomo-
dauit: q̃uõ credi potuit q̃ deꝰ homo eſ-

ſet ⁊ ꝙ ṽgo mãſerit q̃ pepiſſet. hec Bern̄.
Tertio fuit mirabiliter facta ex parte modi generandi. eius enī partus fuit ſupra naturã: ex eo ꝙ virgo cõcepit ſupra rationem: ex eo ꝙ deuꝫ genuit ſupra humanã conditionem. ex eo ꝙ ſine dolore peperit. ſupra conſuetudinē. ex eo ꝙ de ſpirituſancto ꝯcepit. nõ enī genuit virgo ex humano ſemine ſed miſtico ſpiramine. naꝫ ſpirituſſanctus de caſtiſſimis ⁊ puriſſimis ſanguinibus virginis accepit ⁊ inde corpꝰ illud formauit ⁊ ſic q̄rtum modū mirabilem faciendi hominē deus oſtendit. Nam ſicut dicit Anſelmus. Deꝰ poteſt quatuor modis hominez facere. ſ. ſine homine ⁊ femina: ſicut fecit Adam de humo. ſine femina ⁊ de homine: ſicut fecit Euam. de homine ⁊ femina: ſicut cõmunis probat vſus. de virgine ſine viro: ſicut hodie mirabilr̄ factum eſt.

Secundo eius natiuitas fuit multipliciter hodie oſtenſa. Oſtenſa eſt enī per omnes gradus creaturaꝝ. ē enī q̄dã creatura que tm̄ habet eē. ſicut pure corporea: vt lapides. quedam que habet eſſe ⁊ viuere. ſicut vegetabilia. vt arbores. quedã que habet eſſe ⁊ viuere ⁊ ſentire: ſicut animalia. quedã que habet eſſe viuere ſentire ⁊ diſcernere ſicut homo. quedã que habet eſſe viuē ſentire ⁊ diſcernē ⁊ intelligē ſic̄ angelꝰ. Per has oēs creaturas hodie chriſti natiuitas ē oſtenſa. Prima autē creatura. ſ. pure corporea triplex eſt. ſcꝫ opaca. tranſparens ſiue pura ⁊ lucida. Primo ergo oſtenſa eſt per pure corporeaꝫ opacam. ſicut per deſtructiōeꝫ templi romanorum. vt ſupra dictū eſt: ⁊ per ruinam ſtatue romuli. dei romanoꝝ que tūc cecidit ⁊ cõminuta ē. ⁊ per ruinã etiã aliarū ſtatuarū que tūc in alijs locis plurimis ceciderūt. Legitur enī in hiſtoria ſcolaſtica ꝙ Hieremias propheta in egyptū deſcendens poſt mortē godolie. regibus egypti ſignum dedit: ꝙ eorū ydola corruerēt cum virgo filiū parturiret. Quapropt̄ ſacerdotes ydoloꝝ imaginē ṽginis puerū in gremio baiulantis in ſecreto loco templi ſtatuerūt: ⁊ eã ibi adorabant. ſed a Ptholomeo rege poſtea interrogati. quid hoc ſibi vellet. dixerunt patrie traditiōis hoc eſſe miſteriū. qđ a ſancto viro ⁊ propheta coꝝ maiores acceperãt ⁊ ſic in rebus venturū credebãt. Scđo p pure corpoream tranſparentē ⁊ puritã. Nã in ipſa nocte natiuitatis dn̄ice. obſcuritas noctis in claritatē diei verſa eſt Rome etiam vt atteſtat̄ Oroſius ⁊ Innocentiꝰ papa tertiꝰ. fons aque in liquorē olei verſus ē: ⁊ erumpens vſq; in tyberim profluxit: ⁊ toto die illo largiſſime emanauit. Ꝓphetauerat enim ſibilla ꝙ qn̄ erūpet fons olei naſceret̄ ſaluator.
Tertia per pure corpoream lucidam ſicut p corpora ſupceleſtia. Nã in ipſa die natiuitatis ſcḋm aliquoꝝ relationē. vt ait Criſoſ. magis ſuper quendã montē orãtibus. ſtella quedam iuxta eos apparuit que formã pueri pulcerrimi habebat: ⁊ ī eius capite crux ſplēdebat qui magos alloquens dixit vt in iudeã pergerēt: ⁊ ibi natū pueꝝ inuenirent. In ipſa etiã die tres ſoles in oriēte apparuerūt q̄ paulatim in vnū corpus ſolare redacti ſunt p qđ ſignabat̄ ꝙ trini ⁊ vnius dei noticia toti orbi iminebat. vel ꝙ natus erat ille in quo tria. ſ. aīa. caro. ⁊ diuinitas ī vnã pſonã conuenerãt. In hiſtoria tn̄ ſcolaſtica dr̄: ꝙ nõ ipſa die natiuitatꝭ tres ſoles apparuerunt: ſed an̄ p aliqđ tempꝰ. ſ. poſt mortē Iulij ceſarꝭ. qđ etiã Euſebiꝰ in cronica ſua aſſerit. Octauianꝰ inſup īpator vt ait Innocētiꝰ papa tertiꝰ. vniuerſo orbi ditiōi romane ſubiugato. in tantū ſenatui placuit vt eū ꝓ deo colere vellēt. prudēs autē impator ſe mortaleꝫ intelligēs: īmortalitatꝭ nomē ſibi noluit vſurpare. Ad illoꝝ ṽo importunã inſtantiam ſibillaꝫ propheteſſam aduocat ſcire volens per eius oracula ſi in mūdo maior eo aliquãdo naſceretur. Cū g̊ in die natiuitatis dn̄i ꝯſiliū ſup hac re cõuocaſſet. ⁊ ſibilla ſola in camera imperatoris oraculis inſiſteret. ī die media circulus aureus apparuit circa ſolem: ⁊ in medio circuli virgo pulcerrima pueruꝫ geſtans in gremio. Tūc ſibilla hoc ceſari oſtēdit. Cum autē imperator ad predictam viſioneꝫ plurimū admiraretur. audiuit vocem dicentē ſibi. Hec ē ara celi. Dixitq; ſibilla. hic puer maior te eſt ⁊ ideo ipſum adora. Eadē ergo camera in honorem ſancte Marie dedicata eſt. vnde vſq; hodie dicitur ſancta Maria ara celi. Intelligens igit̄ imperator ꝙ h̄ puer maior ſe erat. ei thura obtulit: ⁊ deꝰ decetero dici recuſauit. De hoc autã Oroſius ita dicit. Octauiani tēpore hora circiter tertia. repente liq̄do ac puro ⁊ ſereno celo: circulus ad ſpeciē celeſtis arcus orbē ſolis ambierat: quaſi venturus eſſet qui ipſum ſolem ſolus mundūq; totum ⁊ feciſſet ⁊ regeret. hec Oroſius. Ideꝫ ait Eutropius. Refert quoq; Timotheꝰ hiſtoriographus ſe in antiquis romanoruꝫ hiſtorijs inueniſſe ꝙ Octauianus triceſimoquinto regni ſui anno capitolium aſcēdit: et quis poſt ſe rempublicaꝫ gubernaret a dijs ſollicite requiſiuit: ⁊ audiuit vocē ſibi dicentem puer ethereus ex deo viuente ſine tempore genitus: non multū poſt ex intemerata virgine deus homo ſine macula naſciturus hoc audito ibi aram edificauit cui hunc titulum inſcripſit. hec eſt ara filij dei viuētꝭ. Scđo oſtenſa ē ⁊ manifeſtata per creaturam que habet eſſe ⁊ viuē ſicut ſunt plãte ⁊ arbores. In hac enī nocte vt Bartholomeus in ſua compilatione teſtatur. vinee engadi que proferunt balſamū floruerūt: fructum protulerunt ⁊ liquorē dederūt. Tertio per creaturam que habet eſſe. viuere ⁊ ſentire ſicut ſunt animalia. Proficiſcens enī Ioſeph ī bethleē cū beata Maria pregnante: duxit ſecum bouē forte vt ipſuꝫ venderet ⁊ cenſum pro ſe ⁊ pro virgine ſolueret: ⁊ de reſiduo viueret: ⁊ vnū aſinū forte vt beata virgo ſuper eum veheretur. Bos igitur ⁊ aſinꝰ miraculoſe dominum cognoſcentes flexis genubꝰ ipm̄ adorauerūt. Ante etiã chriſti natiuitatem per aliquos dies vt ait Euſebius in cronica. Cum quidaꝫ ararent boues ad aratores dixerunt: homines deficiēt. ſegetes proficient. Quarto per creaturã que habet eſſe. viuere. ſentire ⁊ diſcernere. vt eſt homo. ſicut per paſtores. Nam in ipſa hora paſtores ſuper gregem ſuuꝫ vigilabant. ſicut bis in anno in longioribus ⁊ breuioribus noctibus anni conſueuerant. Mos enī fuit antiquitus gētilibus in vtroq; ſolſtitio. ſ. eſtiuali circa feſtum Iohãnis baptiſte. ⁊ hyemali circa natiuitatē domini vigilias noctis cuſtodire: ob ſolis venerationeꝫ qui forte mos etiam apud iudeos ex vſu cohabitantium inoleuerat. Ipſis igitur angelus domini apparens. ⁊ ſaluatorem natum annūciauit: ⁊ quomodo inueniretur. ſignum dedit. Factaq; eſt cū eo multitudo angelorum dicentiū. Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Paſtores ergo venientes totum ſicut angelus dixerat inuenerunt. Sic iteꝝ manifeſtata eſt per ceſarē Auguſtum qui tunc preceptū dedit ne eum aliquis deuꝫ vocare auderet. ſicut Oroſius teſtatur. Forte enī cum viſionem illam circa ſolem vidiſſet recolens ſimul de ruina templi: ⁊ de fonte olei. et intelligens ꝙ in mūdo natus eſſet q̇ maior ſe erat: nec deus nec dominus vocari voluit. In quibuſdam quoq; chronicis legit̄ ꝙ appropinquãte die natiuitatis domini. Octauianus per mundum vias publicas fieri precepit: ⁊ oīa debita romanis dimiſit. Imperio igit̄ eius amplialto per orbē. lꝫ in primo violentus extiterit: ingratus romanis cū tn̄ in ſūma pace regnaret. adeo ſe mãſuetū exhibuit ⁊ benignū: vt nomen diuinū ſibi rēnueret vſurpare: lꝫ hoc ſibi a romanis adulatoribus afferret̄. Elegitq; magis pacem ꝙ dn̄s appellari. Unde romani in ſua morte dixiſſe legūtur vtinaꝫ te vel nūꝙ

habuiſſemus: vel diutius habere meruiſſemus. Sic etiam manifeſtata eſt ꝑ ſodomitas. qui omnes in toto mundo illa nocte extincti ſunt. ſicut dicit Hieroꝰ ſuper illud lux orta eſt eis: tãta. ſ. ꝙ oẽs laborantes in illo vitio extinxit. ⁊ hoc fecit chriſtꝰ vt omnes eradicaret: ne in natura quam aſſumpſerat tanta de cetero imundicia inueniretur. Nam vt dicit Augꝰ. videns deus vitium cõtra naturam in humana natura fieri. fere deſiit incarnari.

Quinto per creaturam que habet eẽ. viuere. ſentire. diſcernere ⁊ intelligere. ſicut angelus. Angeli enĩ ipſaꝫ chriſti natiuitatem paſtoribꝰ annunciauerunt: vt ſuperius dictũ eſt.

## Tertio eius natiuitas

vna duodecim tribuū. patȝ ꝙ debuit re dimi. Obtulerunt pro eo dn̄o par tur-turū aut duos pullos columbaꝝ. hec. n. erat oblatio pauperū. ſed agnus oblatō diuitū. Nō aūt dixit pullos turturꝝ. ſȝ pullos colūbaꝝ. qꝛ pulli colūbaꝝ ſꝑ īueniūt nec dr̄ par colūbaꝝ ſicut par turturū. qꝛ columba ē auis libidinoſa. ⁊ iō in ſacrificio ſuo deus noluit offerri. Turtur autē ē auis pudica. Sed nōne beata virgo maria paulo ante a magis multa pōdera auri receperat: videt̄ ergo ꝙ bene potuerit agnū vnū emere. Sed dōm ꝙ ſine dubio ſm̄ Bern̄. magi magna pondera auri obtulerunt. quia non eſt veriſimile ꝙ tales reges tali puero vilia munera obtuliſſent. Sed tamē beata virgo vt aliquibus placet illud ſibi n̄ retinuit: ſed ſtatim paupibus erogauit vel forte ī egiptum peregrinationi ꝑ ſeptennium imminenti prouidere reſeruauit. vel forte non in magna quantitate talia obtulerunt: cū hec in ſignificationem miſticam offerrēt. Ponit aūt expoſitor treſ oblatōes de dn̄o factas. Pͥma fcā ē de ipſo a parentib⁹. Scd̄a ꝓ ip̄o de auib⁹. Tertiā fecit ip̄e in cruce pro hominib⁹. Prima oſtendit eius humilitatē. qꝛ dn̄s legis ſe legi ſubiecit. Secunda paupꝛtatē quia pauprū oblationem elegit. Tertia caritatem. quia ſe pro peccatoribus tradidit. Proprietates turturis habentur his verſibus. Alta petit turtur cātando gemit veniens ver: Nunciat ⁊ caſte viuit. ſolusq̄ moratur. Pullos nocte fouet morticinumq̄ fugit. Proprietateſq̄ columbe his verſibus notant̄. Grana legit volitat ſociata cadauera vitat. Felle caret plangit ſociū per oſcula tangit. Petra dat huic nidū fugit hoſtē in flumine viſum. Roſtro non ledit: geminos pullos bene nutrit.

## Dicitur ſecūdo hec

feſtiuitas ypopanti. quod idem eſt ꝙ pͤſentatio ex eo ꝙ xp̄s eſt in templo pꝛeſētatus. vel ypopāti qd̄ idē eſt ꝙ obuiatio quia Simeon ⁊ anna obuiauerunt dn̄o cuȝ offerret̄ in templo. Et dr̄ ab ypo qd̄ ē ire. ⁊ ante qd̄ eſt contra. Tūc aūt accepit Simeon in vlnas ſuas. Et notandum ꝙ triplex obumbratio ſiue exinanitio hic de ſaluatore noſtro facta ē. Prima eſt exinanitio veritatis. Ille em̄ q̄ ē veritas. qui omnem hominem ꝑ ſeipm̄ qui eſt via in ſeipſum qui eſt vita ducit hodie ab alijs ſe duci permiſit cuȝ inducerent inquit puerum ih̄m ⁊c̄. Secūda eſt exinanitio bonitatis. quoniam ille q̄ ſolus ſanctus ⁊ bonus eſt tanq̄ immundus voluit cum matre expiari. Tertia ē exinanitio maieſtatis. quoniam ille qui eſt portās omnia verbo virtutis ſue hodie in vlnis ſenis ſe recipi ⁊ portari pmiſit. qui tamen portabat portantem ſe. ſȝ illud. Senex puerum portabat. puer autem ſenem regebat. Tunc autē Symeō benedixit eum: dicens. Nunc dimittis ſeruum tuū domine ſm̄ vbū ⁊c̄. Et appellabat eum ſimeon tribus nominibus ſcȝ ſalutare. lumen. ⁊ gloriam plebis iſrl̄. Ratio autē huius triplicis nominis pōt quadrupliciter ſumi. Primo penes noſtrā iuſtificatōnē: vt dicat̄ ſalutare remittendo culpā. quia ih̄s interꝑtatur ſalutare. ex eo ꝙ ſaluuȝ faciat populū ſcilicet a peccatis eoꝝ. lumen dando gratiā. Gloria plebis: dando gloriam. Secundo penes noſtram regenerationem. Nā p̄mo puer exorcizatur. ⁊ baptizatur. ⁊ ſic a peccato mundatur quo ad primū. Scd̄o cādela accenſo ei datur quo ad ſecundum Tertio ad altare offertur quo ad tertiū. Tertio penes hodiernā ꝓceſſionē. Naȝ primo candele benedicuntur ⁊ exorcizātur. Scd̄o accendunt̄ ⁊ in manibus fidelium dantur. Tertio ecciam cum canticis ingrediuntur. Quarto penes triplicem huius feſti denominationem. Naȝ dicitur purificatio quo ad purgationeȝ culpe. per hoc ꝙ dicitur ſalutare. Dicit̄ candelaria quo ad illuminationem gratie. ꝑ hoc ꝙ dicitur lumē. Dicit̄ ypopanti quo ad collatiōȝ glorie. ꝑ hoc ꝙ dicit̄



gloriam plebis tue iſrahel. Tunc enim occurremus obuiam xp̄o ī aera. Vel potеſt dici. quia laudatur xp̄s in hoc cantico. vt pax. vt ſalus. vt lux. vt gloria. Pax eſt quia mediator. Salus quia redēptor Lux. qꝛ doctor. Gloria qꝛ p̄miator.

## Dicitur et tertio h°

feſtum candelaria ex eo ꝙ candele accenſe in manibus portantur. Quare autē eccleſia hoc ordinauerit. vt ſcilicet ī hac die candele accenſe in manibus portent̄. poſſunt aſſignari quatuor rationes. Primo propter remouendam erroneam cōſuetudinem. Romani enim olim in kalendis februarijs ad honoreȝ februe matris martis: qui erat deus belli: vrbeȝ de quinto in quintum annuȝ cum cereis et facibus tota nocte illuſtrabant vt filius ſuus eis victoriam de inimicis concederet cuius matrem tam ſolenniter honorarent. ⁊ illud ſpacium dicebatur luſtrum Romani etiam in februario ſacrificabāt februo id eſt plutoni ⁊ ceteris dijs infernalibus. ⁊ hoc pro animab⁹ anteceſſoruȝ ſuorum. Vt ergo propiciarentur eorum ideo et eis ſolennes hoſtias offerrebant. ⁊ tota nocte eorum laudibus inſiſtētes cū cereis ⁊ accenſis facibus vigilabant. mulieres etiam romanorū vt ait Innocentius papa: his diebus feſtis luminarium exercebant. qd̄ a quibuſdam fabulis poetarū originem traxit. Aiunt enim ꝙ proſerpina fuit adeo ſpecioſa ꝙ pluto deus infernalis eam cōcupiſcens. ip̄am rapuit ⁊ deam eam fecit. Parentes autem ſui per ſiluas ⁊ nemora cum facibus ⁊ luminaribus eam multo tempore queſierunt ⁊ iſtud mulieres romanorum repreſentāteſ cum facibus ⁊ luminaribus circuibant. Et quoniam difficile eſt conſueta relinquere chriſtiani de gentibus ad fidē conuerſi difficile poterāt relinquere huiuſmodi conſuetudines. paganorum. Ideoq̄ ſergius papa hanc conſuetudinem in melius commutauit. Vt ſcilicet chriſtiani ad honoreȝ ſancte matris domini omni anno in hac die totum mundum cum accenſis candelis et benedictis cereis illuſtrarent. vt ſolennitas quidem ſtaret: ſed alia intentione fieret. Secundo propter oſtendēdam virginis puritatem. Aliqui enim audientes virginem purificatam poſſent credere ipſaȝ purificatione indiguiſſe: vt vero oſtendatur ꝙ tota fuit puriſſima et ſplendida. Ideo ordinauit eccleſia vt luminoſos ⁊ cereos baiulemus. acſi in ip̄o facto dicat eccleſia. virgo beata purificatione non indiges. Sed tota rutilas tota ſplendes. Vere enim purificatōne non indigebat que ⁊ non ſuſcepto ſemine conceperat. et in matris vtero ꝑfectiſſime mundata et ſanctificata erat. Adeo autem fuit ī matris vtero ⁊ in aduentu ſpiritusſancti ſāctificata ⁊ mundata. ꝙ non ſolum aliqd̄ inclinatiuum ad peccatum in ea penit⁹ non remanſerat. Sed etiam virtus ſanctitatis et caſtitatis eius vſq̄ ad alios extendebatur et tranſfundebatur ita quod in alijs omnes motus carnalis concupiſcentie extinguebat. Vnde dicunt iudei ꝙ cum Maria pulcerrima fuerit a nullo tamen vnq̄ potuit concupiſci. Et ratio eſt. Quia virtus ſue caſtitatis cunctos aſpicientes penetrabat: Et omnes in eis concupiſcentias expellebat. Vnde cōparatur cedro. Quia ſicut cedrus ſerpentes odore ſuo interfecit. ita eius ſanctificatio in alijs irradiabat ⁊ omnes motus in carne ſerpentis occidebat. Comparatur etiam mirhe. Quia ſicut mirha interfecit vermes ſic eius ſanctitas concupiſcentias carnales ⁊ hanc prerogatiuā habuit pre ceteris ſanctificatis in vtero et virginibus. Quia eorum ſanctitas ⁊ caſtitas in alios non tranſfundebatur nec carnales motus in alijs extinguebat. Virtus autem caſtitatis virginis etiam ipudicoꝝ corda medullitus penetrabat ⁊ ea q̄ ad ip̄am protinus caſta reddebat.

Tertio propter repreſentandum hodiernā proceſſionem. Nam beata virgo maria et ioſeph ⁊ ſimeon et anna hodie venerabilem proceſſionem fecerunt. puerum ihm in templum pñſentauerunt. ſic ⁊ nos proceſſionem facimus. ⁊ cereū accenſum ꝑ quem ſignificatur ihs in manibus baiulamus. ⁊ vſq3 in eccleſias deferimus. Tria em̄ ſunt in cereo ſcilicz lichnꝰ cera et ignis. ꝑ hec ſignificant̄ tria q̄ fuerunt in xp̄o. Nam cera ſignificat carnē xp̄i. q̄ nata eſt de maria virgine ſine corruptione carnis. ſicut apes ceram gignunt ſine alterutrum cōmixtione. Licinus in cera latens ſignificat animā candidiſſimam in carne latentem. Ignis vero ſiue lumen ſignificat diuinitatem. qꝛ deus noſter ignis conſumens eſt. Unde quidem ſic ait. Hanc in honore pie candelam porto marie. Accipe per cerā carnem de virgine verā. Per lumen numē maieſtatiſq3 cacumen. Licinus ⁊ eſt anima ſub carne latens preopima.

Quarto propter inſtructionem nr̄az. In hoc em̄ inſtruimur: ꝙ ſi volumꝰ ēē ante deum purificati ⁊ mundi: tria i nobis habere debemus ſcilicet fidem veraz actionem bonam. ⁊ intentionem rectaz. Nam candela in manu accēſa. eſt fides cum opatione bona. ⁊ ſicut candela ſine lumine dicitur ēē mortua. ⁊ lumen ꝑ ſe ſine candela non lucet ſed mortuū ēē videtur. ſic ⁊ operatō ſine fide. ⁊ fides ſine bono opere. mortua ēē dicitur. Licinus autem intus in cera occultatus. eſt intētio recta. Unde Gregorius ſic opus in publico. Ut tamen intentio maneat in occulto.

Quedaz matrona nobilis in beatam virginem maximam deuotionem habebat. hec quandam capellaz iuxta domū ſuam conſtruxerat ⁊ proprium capellanum habens. omni die miſſam de beata virgine audire volebat. Appropinquāte autem feſto purificationis beate virginis ſacerdos ob quoddam ſuū negocium longius receſſit. ⁊ domina die illo miſſam habere non potuit: Uel vt alubi legitur omnia que habere poterat. ⁊ veſtimenta pro amore virginis dabat. vñ cum clamidem dediſſet. ⁊ ad ecc̄iam ire non poſſet ſine miſſa illa ea die manere oportebat. De quo cum plurimum doleret eccleſiam propriam ſeu cameram intrauit. ⁊ ante altare beate virginis ſe ꝓſtrauit. Tunc ſubito in exceſſu mentꝭ facta videbatur ſibi ſe in quadam eccleſia pulcherrima ⁊ ſpecioſa collocatā ēē. Et reſpiciens vidit turbam maximam virginum in eccleſiam venientem: quas q̄dam virgo pulcherrima dyademate coronata preibat. Cunq3 omnes per ordinem conſediſſent. Ecce turba alia iuuenum qui ⁊ ipi iuxta ordinem conſederūt. ⁊ ecce quidam maximum cereorum faſcem deferens cereum primo virgini que ceteras anteibat: dedit. ⁊ poſtea alijs virginibus ⁊ iuuenibus tribuit. Deinde ad illam matronam venit ⁊ cereum ei obtulit. quem illa libenter accepit. Tunc per choꝝ reſpiciens vidit duos ceroferarios ſubdiaconū diaconuz ⁊ ſacerdotē ſacris indutos veſtibus ad altare procedētes. tanq̄ miſſarum ſolennia celebrare volētes. Uidebatur autez ſibi ꝙ acoliti eēnt Uincentius ⁊ Laurentius dyaconus et ſubdyaconus duo angeli. ſacerdos autē xp̄s. Facta autē confeſſione duo pulcherrimi iuuenes in mediū chori ierunt ⁊ officium miſſe alta voce ⁊ deuotiſſime inceperunt. ⁊ ceteri qui in choro erant proſequūtur. Cum autem ad oblationem ventum fuiſſet regina virginuz ⁊ cetere virgines cum alijs qui erant in choro cereos ſuos ſacerdoti vt moris eſt: flexis genubus obtulerunt. Cū autem ſacerdos illam matronam expectaret. vt ſibi cereum ſuum offerret: illa ire nollet. miſit ad eam regina virginum per nuncium qꝺ ruſticitatem faceret ꝙ ſacerdotem tādiu expectare permitteret. Illa autem reſpōdit quatenus ſacerdos in miſſa ſua procederet. quia cereum ſuum ſibi nō offerret. Tunc iterum regina alium nunciū miſit. Cui ſimiliter illa reſpondit. ꝙ cereum ſibi datum penitus nulli daret. ſ3 illum ex deuotione teneret. Regina aūt virginū nuncio precepit. dicens: vade ⁊ iterum eam roga vt cereum offerat ſin autem ipſum de manibus eius violent̄ auferas. Cunq3 nuncius iuiſſet ⁊ illa rogantem audire recuſaret. dixit ſe in mandatis habere vt ipm̄ ab ea violenter auferret. Tunc ille cum magna violentia cereum cepit ipm̄ auferre conabatur. Illa autem fortius tenebat et ſe viriliter defendebat. Cunq3 longa fieret altercatio ⁊ hinc inde cereus violentiꝰ traheret̄: ſubito cereus fractus ē: ⁊ medietas in manu nuncij ⁊ alia medietas in māu ipius domini remanſit. Ad hanc igit̄ vehementem fractionem illa ſubito ad ſe rediJt: ⁊ ſe iuxta altare vbi poſuerat inueniēs cereum fractum in manu ſua repperit. de quo valde admirans immenſas gratiaſ beate virgini reddidit. q̄ eam ſine miſſa illa die remanere nō ꝑmiſit. ſ3 tali officiō intereſſe fecit. Illa autē cereū diligenter reſpoſuit: ⁊ ꝓ maximis reliquijs reſeruauit. S3 et om̄s: vt di̅: q tūc tangebant̄ de eo a quacūq3 detinebant̄ infirmitate: ꝓtinus liberabantur. Quedā alia matrona dum eſſet grauida quadam nocte in ſomnis vidit ſe portare quoddam vexillū qꝺ colore ſanguineo erat tinctum. Euigilans autē continuo ſenſum amiſit: quā dyabolus adeo ludificabat: vt videret̄ ſibi ꝙ xp̄ianā fidē quā hactenꝰ habuerat inter mamillas haberet ⁊ incōtinuo exiret. Que cū nullatenꝰ curari poſſet in quadam ecc̄ia beate virginis in feſto purificationis ꝑnoctauit. ⁊ integraz ſanitatem recepit.

# De sancto Blasio.

Blaſius quaſi blā dus. Uel blaſius quaſi belaſius a bella qꝺ eſt habitus ⁊ ſyor paruulus. Fuit enim blandus per dulcedinem ſermonū. hūilis ꝑ habitū habitꝰ ꝑ habitū virtutū. paruulus per hūilitatē morū.

Blaſius cum omni māſuetudine et ſāctitate polleret xp̄iani eū in ſebaſte ciuitate capadocie in epiſcppum elegerunt. Qui epiſcopato ſuſcepto ob dyocleciānā ꝑſecutōez ſpeluncam petijt: ⁊ ibi heremiticā vitam duxit. Cui aues pabulum afferebant: ac fere ad eum vnanimiter ꝯfluebant: ⁊ dōn vtriſq3 imponeret manus eis benedicēs nō recedebant ab eo. Deniq3 ſi que infirmabantur. ad eū continuo veniebant ⁊ ſanitatem ad integrū reportabant. Preſes igitur illius regionis agricolaus nomine dum milites ſuos ad venandum miſiſſet. ⁊ illi inuanum alubi laborātes ad antruz ſancti Blaſij caſu ꝑueniſſent. magnā ibidem beſtiarū multitudinem ante ipm̄ ſtantiū reperunt. Quas dū nullatenus capere poſſent. attoniti ſuo dn̄o nunciauerunt. Qui ſtatim milites plures miſit. ⁊ vt ipm̄ cū omnibus xp̄ianis ad ſe adducerent p̄cepit. In ipa aūt nocte ter xp̄s ei apparuit: dicens. Surge et offer mihi ſacrificiū. Ecce aūt aduenerūt milites: dicētes. Egredē vocat te preſes quibus reſpondit ſanctus belaſius. Bn̄ veniſtis filij. nūc video quia deus nō eſt oblitus mei. Pergens vō cum eis nūq̄ a predicatione ceſſauit. ⁊ coram eis mirabilia multa fecit. Tunc mulier quedaz filiū ſuū morientē in cuius gutture os piſcis tranſuerſum erat ad pedes eiuſ attulit ⁊ vt ſanaretur cū lacrimis poſtulabat: ſanctus vō Blaſius ſuper eū manus imponens orauit vt puer ille ⁊ omnes qui in eius nomine aliquid peterēt. ſanitatis beneficium obtinerent. ⁊ ſtatiz ſanatus eſt. Mulier quedam paupcula vnum ſolum porcum habens quez tamen violenter lupus rapuerat. ſanctū Blaſiū deprecabatur vt ſibi reddi faceret ſuum porcum. Qui ſubridens dixit: Mulier noli contriſtari reddet tibi por

cis tutis cõtinuo lupus venit ⁊ porcũ
vidue reddidit. Ingrediens vero blaſius
ciuitatẽ. iuſſu pncipis carceri mancipat.
Alia vero die iuſſit preſes ipm̃ ſibi pñtari
quẽ videns blandis ſermonibꝰ ſalutauit
dicens. Gaude blaſi amice deorum. Cui
blaſius gaude ⁊ tu optime pſes. ſꝫ ne di
ces eos deos ſꝫ demões. q eterno igni cũ
his q eos honorãt tradũt. Iratus preſes
eũ fuſtibus cedi iuſſit. ⁊ in carcerẽ retru-
di fecit. Cui blaſius dixit. Inſenſate ſpe
ras per penas tuas. dei mei a me auferre
amorẽ: qui ipm̃ in me habeo corroborato-
rẽ. Audiens hec vidua illa cui porcũ
recuperauerat: porcũ ipm̃ occidit. ⁊ caput
cũ pedibus cãdela ⁊ pane ad ſctũ blaſiũ
deportauit. Ille grãs agens. comedit. ſi-
biqꝫ dixit. Singulis annis candelã i ec-
cleſia nominis mei offeras. ⁊ tibi ⁊ cuicũ-
qꝫ hoc fecerit bñ erit. Qð ſp egit ⁊ ſibi ꝓ-
ſperitas multa fuit. Poſt hoc cũ edu-
ctũ pſes a carcere ad deos inclinare non
poſſet. iuſſit eũ in ligno ſuſpẽdi. ⁊ carnes
eius cũ ferreis pectinibus laniari: ⁊ ſic ite-
rũ in carcerem reportari. Septẽ ãt mulie
res ſequẽtes guttas ſãguinis colligebãt:
q mox tenentur. ⁊ ad deorum ſacrificiũ cõ-
pellunt. Que dixerunt. Si vis vt deos
tuos adoremus cũ reuerentia mitte eos
ad ſtagnũ vt ibi faciebus ablutis mũdiꝰ
adorare poſſimꝰ. Letꝰ pſes efficitur ⁊ citi
us qð dixerãt adimplet. Ille vero deos ar
ripuerunt. ⁊ eos in ſtagni mediũ ꝓiece-
rũt: dicentes. ſi dij ſunt videbimꝰ. Qð p-
ſes audiens ⁊ p ira inſaniens ⁊ ſeipm̃ p-
cutiens. dixit miniſtris. Cur nõ tenuiſtis
deos nr̃os: vt nõ mitterent in ꝓfunduz
laci. Qui dixerũt. doloſe tecũ locute ſũt
mulieres. ⁊ eos in ſtagnũ ꝓiecerunt. cui
mulieres. Deus verus dolos non patit.
ſed ⁊ ſi dij fuiſſent pſciuiſſent vtiqꝫ qð
eis facere volebamus. Iratꝰ preſes iuſſit
plumbũ liquefactũ ⁊ pectines ferreos. et
ſeptem loricas igne cãdentes ex vna pte
pari ⁊ ex alia ſeptem camiſias afferri line

as. Quo dicente vt ex his qð mallent eli
gerent vna illarũ duos paruulos habẽs
audacter accurrit. ⁊ lineas camiſeas acci
piens in caminuz ꝓiecit. pueri vero matri
dixerunt. Nõ nos mater dulciſſima poſt
te relinquas. Sed ſicut nos repleſti dul-
cedine lactis: Sic nos reple dulcedine re
gni celeſtis. Tunc preſes iuſſit eas ſuſpẽ
di ⁊ carnes earum pectinibus ferreis la-
niari. quarũ carnes vt nix albiſſime erãt
⁊ pro ſanguine lac fluebat. Cum autem
ſupplicia inuite ferrent. angelus domini
ad eas venit. ⁊ eas viriliter confortauit:
dicens. Nolite timere. bonus eñ opꝰ ẽ
qui bene incipit. et bene perficit. ⁊ a cõdu
cente ſe benedictionem meretur ꝓ com
pleto opere: ⁊ mercedem accipit pro labo
re ⁊ gaudium poſſidet pro mercede. tũc
preſes iuſſit eas deponi ⁊ in caminũ mit
ti. que diuinitus igne extincto exierunt
ille ſe. Quibus preſes iam nunc magicaꝫ
artem dimittite. ⁊ deos noſtros adorate.
Que reſponderunt. Perfice qð cepiſti: q
iam ad regnũ celeſte vocate ſumus. tunc
ille data ſententia eas decollari manda-
uit. Que dum decollari deberent. flexis
genubus adorauerunt: dicentes. Deus q
nos a tenebris vocaſti ⁊ in lucez dulciſſi
mam adduxiſti. qui nos ſacrificium tuũ
feciſti. animas nr̃as ſuſcipe ⁊ ad vitã et-
nam facias puenire. Et ſic truncatis ca-
pitibus ad dominũ migrauerunt. Poſt
hoc iuſſit preſes blaſiũ ſibi pſentari ⁊ di-
xit ei. Vel nunc adoras deos vel non. cui
Blaſius. Impie non timebo minas tu-
as. Age vt vis: corpus eñ meũ penitus
tibi trado. Tũc iuſſit eũ mitti in ſtagnũ
Ipſe vero aquã ſignauit. ⁊ mox ſicut terra
arida fixa pmanſit. Dixitqꝫ: ſi veri ſunt
dij veſtri. oſtẽdite virtutẽ eorum. ⁊ ingredi-
mini huc. Ingreſſiqꝫ lxv. viri ſtagnuz.
continuo ſunt ſubmerſi. Angelus autẽ
domini deſcendens dixit ei: Egredere
blaſi ⁊ coronã tibi a deo paratã ſuſcipe.
Cumqꝫ exiſſet. dixit ad eum preſes. Om



niſino decreuiſti ñ adorare deos. Cui bla
ſius. Cognoſce miſer. q xpi ſeruus ſum
nec demones adoro. et ſtatim iuſſit eum
decollari. Ipſe autem orauit ad dominũ
vt quicunqꝫ pro infirmitate gutturis. vel
alia quacunqꝫ infirmitate eius patroci-
nia poſtularet: exaudiretur ⁊ continuo
liberaretur. Et ecce vox de celis ad eum
venit. qð ſic fieret vt orauit. Sicqꝫ preno
minatus ſanctus cum duobus puerulis
decollatus ẽ. circa annuz vero domini du
centeſimũ octogeſimum tertiũ.

A Gatha dicitur ab agios quod eſt ſanctus. ⁊ the-
os deus quaſi ſancta dei. Tria eñ ſunt.
ſicut dicit Criſo. que ſanctuz faciunt. et
illa perfecte fuerunt in ea. ſcꝫ cordis mũ-
dicia. ſpiritusſancti preſentia. ⁊ bonorũ
operum affluentia. Vel dr̃ ab a qð ẽ ſine
⁊ geos terra. ⁊ theos deus quaſi dea ſine
terra. i. ſine amore terrenorum. Vel ab agã
quod eſt loquens. ⁊ thau cõſumatio. q
cõſumate ⁊ pfecte loquẽs. qð patet in ſu-
is reſponſis. Vel ab agath qð ẽ ſeruitus
⁊ thaos ſupior. quaſi ſeruitus ſupior. et
hoc propter illud quod dixit. Sũma in-
genuitas iſta eſt ⁊c. Vel ab aga qð ẽ ſo-
lennis ⁊ thau cõſũmatio quaſi ſolenniter
cõſumata. i. ſepulta. qð patet in angelis
de celo a deo miſſis qui eam ſepelierunt

A Gatha virgo ingenus mente ⁊ corpore pulcher
rima in vrbe cathanenſiũ deũ ſp in om-
ni ſanctitate colebat. Quincianus autez
cõſularis ſicilie. cum eſſet ignobilis libi-
dinoſus. auarus. ⁊ ydolis deditus beatã
Agatham comphendere nitebatur. vt
quia erat ignobilis comprehẽdẽdo no
bilem timeretur. quia libidinoſus eius
pulchritudine frueretur ⁊ cetera. Quia
auarus eius diuitias raperet. Quia
ydolatra dijs eam faceret immolare.
Fecitqꝫ eam ad ſe adduci. Que cum ad-

ducta eſſet. ⁊ eius immobile propoſitũ
cognouiſſet tradidit eam cuidam mere-
trici nomine affrodiſie ⁊ nouem filiabus
eius eiuſdem turpitudinis. vt per trigĩ-
ta dies ſuaderent ei. quomodo eius ani
mum immutarent. Et modo promittẽ-
do leta. modo terrendo aſpera: ſperabãt
eam a bono propoſito reuocare. Quibꝰ
beata Agatha dixit. Mens mea ſuper
petram ſolidata eſt. ⁊ in chriſto funda-
ta. Verba veſtra venti ſunt promiſſiões
veſtre pluuie: terrores veſtri flumina ſũt
que quãtumuis impugnent iſta: funda-
mentuz domus mee cadere non valebit.
Hec autẽ dicens flebat quotidie. ⁊ ora-
bat. Sitiens ad martirij palmam perue-
nire. Videns igitur affrodiſia ipſaz im-
mobilem permanere: dixit Quinciano.
Facilius poſſunt ſaxa molliri. et ferrum
in plumbi molliciem conuerti qz ab intẽ-
tione chriſtiana mens iſtius puelle con-
uerti ſeu reuocari. Tũc Quincianus fe-
cit eaz ad ſe adduci. et ait illi. Cuius cõ-
ditionis es? Cui illa nõ ſolum ingenua
Sed et ſpectabilis genere vt omnis pa-
rentela mea teſtatur. Cui Quincianus
Si ingenua es. cur moribus te ſeruilem
perſonam habere oſtẽdis. Illa reſpon-
dit. Quia ancilla chriſti ſuz ideo me ſer-
uilem exhibeo perſonam. Quincianus
dixit. ſi te ingenuaz dicis. quomodo an-
cillam aſſeris. Illa reſpondit. Summa
ingenuitas eſt in qua ſeruitus chriſti cõ-
probatur. Quincianus dixit. Elige quod
volueris. aut ſcilicet dijs ſacrificare. aut
diuerſa ſupplicia ſuſtinere. Cui Aga-
tha. Si talis vxor tua qualis venus dea
tua: et tu talis ſis qualis extitit deus tu-
us Jupiter. Tunc Quincianus iuſſit
eam alapis cedi: dicens: In iniuriam iu-
dicis noli temerario ore garrire. Aga-
tha reſpondit. Miror te virum pruden-
tem ad tantam ſtulticiam deuolutuz. vt
illos dicas deos tuos ẽe. quorũ vitã ñ cu
pias tuam cõiugem vel te imitari. vt di-

cas tibi iniurias fieri ſi eorum viuas exē-
plo. Nam ſi dij tui ſunt bonum tibi op
taui, ſi autem execraris eoꝝ conſortia
mecum ſentis. Quincianus dixit. Quid
mihi verboꝝ ſuperfluus curſus. Aut
ſacrifica dijs. Aut te faciam diuerſis ſup
plicijs interire. beata Agatha reſpondit
Si feras promittas audito xp̄i nomine
manſueſcunt: ſi ignem adhibeas de celo
mihi rorem ſaluificum angeli miniſtra-
bunt ſi plagas vel tormenta ingeras. ha-
beo ſpiritum ſanctum per quē deſpicio
vniuerſa. Tunc iuſſit eam trahi ad car-
cerem. quia voce eum publica confunde
bat. Ad quem letiſſime et glorianter ibat
⁊ quaſi ad epulas inuitata agonem ſuū
domino cōmēdebat.

Sequenti die dixit ei. Quincianus.
Abnega xp̄m ⁊ adora deos. Que cū rē-
nueret. iuſſit eam in eculeo ſuſpendi. et
torqueri. Dixitqꝫ Agatha. Ego i his pe
nis ita delector ſicut qui bonum nunciū
audit: aut qui videt quem diu deſidera-
uit: aut qui multos theſauros inuenit.
Non eī poteſt triticū in horreū poni.
niſi teca eius fuerit fortiter conculcata. ⁊
in plateas redacta. Sic anima mea non
pōt intrare in paradiſū cū palma marti-
rij: niſi diligenter feceris corpus meum
a carnificibꝰ attrectari. Tūc iratꝰ Quin-
cianus iuſſit eius mamillam torqueri: ⁊
tortā diutiſſime iuſſit abſcidi. Cui aga-
tha. impie crudelis ⁊ dei tyranne. nō es
confuſus amputare in femina: qđ ipē in
matre ſuxiſti? Ego habeo mamillas in
tegras intus in anima mea: ex quibꝰ nu-
trio oēs ſenſus meos: qˉs ab infātia dn̄o
conſecraui. Tūc iuſſit eā in carcerē reci-
pi: prohibens ingreſſū medicoꝝ: ⁊ panē
vel aquā ſibi ab aliquo miſtrari. Et ecce
circa mediā noctē venit ad eā quidaꝫ ſe-
nex quē antecedebat puer lumīs portior
diuerſa ſecū ferens medicamenta: ⁊ dixit
ei. Licet conſularis inſanus tormētis te
afflixerit: tu eū tuis reſponſis amplꝰ af-
flixiſti: ⁊ licet vbera tua toſerit: ſꝫ illius
vbertas in amaritudinē cōuertet. ⁊ qm̄
ibi erā: qn̄ hec patiebaris. vidi quia ma-
milla tua pōt curaꝫ ſalutis ſuſcipe. Cui
Agatha. Medicinā carnalē corpi meo
nunq̄ exhibui. ⁊ turpe eſt vt qđ tamdiu
ſeruaui nunc pdaꝫ. Dixit ei ſenex. Filia
ego xp̄ianus ſum ne verecunderis. Cui
agatha. Et vnde verecundari poſſum
cum tu ſis ſenex ⁊ grandeuus. ego vō ita
crudeliter lacerata. q̄ nemo de me poſ-
ſit concipere voluptatem. Sed ago tibi
gratias domine pr̄: qr ſollicitudinē tuaꝫ
mihi impendere dignatus es. Cui ille ⁊
quare nō permittis vt curē te. Agatha
reſpondit. Quia habeo dn̄m iħm xp̄m.
qui ſolo verbo curat omnia. ⁊ ſermone
reſtaurat vniuerſa. hic ſi vult pōt me cō-
tinuo curare: Et ſubridens ſenior dixit.
⁊ ego apl̄us eius ſum ⁊ ipē me miſit ad
te. et ī nomine eius ſcias te eē ſanataꝫ. Et
continuo petrus apoſtolus diſparuit. ⁊
procidēs beata Agatha gratias agens: ī-
uenit ſe vndiqꝫ ſanatā ⁊ mamillā ſuam
pectori reſtitutam. Cum ergo ex immē-
ſo lumine cuſtodes territi aufugiſſent ⁊
apertum carcerem reliqſſent. rogāt eā qdā
vt abiret. Abſit inqt vt fugiā. ⁊ coronaꝫ
patientie pdā. ⁊ cuſtodes meos tribula-
tionibus tradā. Poſt dies q̄tuor dixit ei
Quincianus vt deos adoraret ne graui-
ora ſupplicia ſuſtineret. Cui agatha. vˀ-
ba tua fatua ſunt ⁊ vana: aerē maculan-
tia ⁊ iniqua. Miſer ſine intellectu. quō
vis vt lapides adorem ⁊ deum celi q̇ me
ſanauit: dimittā? Quincianus dixit. Et
quis te ſanauit. Cui agatha xp̄s filꝰ dei
Quincianus dixit. Iteꝝ tu xp̄m audes
nomīare: quē ego nolo audire. Agatha
dixit. Quādiu vixero xp̄m corde ⁊ labi-
is inuocabo. Quincianus dixit. Nunc
videbo ſi xp̄s te curabit. Et iuſſit teſtas
fractas ſpargi. ⁊ ſub teſtas carbones ig-
nitos mitti ⁊ ipām deſup nudo corpore
volutari: qđ cū fieret. ecce terremotus ni
mius factus eſt. q̇ totam ciuitatē ita cō-
cuſſit. vt ps corruens duos cōſiliarios
Quinciani oppimeret: ⁊ oīs ppl̄s ad eū
ꝯcurreret clamās. q̄ ꝓpt iniuſtū agathe
cruciatū talia pateret. Tūc quincianus
ex vna pte terremotū: ex alia ſeditiōem
populi metuens. ipām iteꝝ in carcerem
recepi iuſſit: vbi ſic orauit: dicens. Dn̄e
iħu xp̄e qui me creaſti ⁊ ab infantia cu-
ſtodiſti qui corpus meū a pollutione ſer
uaſti. ⁊ a me amorem ſeculi abſtuliſti. et
q̇ tormenta me vincere feciſti ⁊ in eis vir
tutem patientie tribuiſti. accipe ſpirituꝫ
meū ⁊ iube me ad tuā miſcdiam pueni-
re. Hec cum oraſſet cū ingenti voce ſpi-
ritum tradidit. circa annū dn̄i. cclij. ſub
decio impatore. Cum aūt fideles eū aro
matibus corpus eiꝰ ꝯdirēt ⁊ in ſarchofa-
go collocarent. quidā iuuenis ſericis in-
dutus cum pluſq̄ centū viris pulcerri-
mis ⁊ ornatis ac albis indutis. qui nun
q̄ in illis partibus viſi fuerint ad corpꝰ
eius venit ⁊ tabulam marmoream ad ca
put eius ponens. ab oculis oīm ſtatī diſ-
paruit. Erat autē in predicta tabula ſcri
ptum. Mentem ſanctam ſpontaneam
honorem deo ⁊ patrie liberationeꝫ. Qđ
ſic intelligitur. mētē ſanctā habuit. ſpō-
taneam ſi obtulit. honorē deo dedit: Et
patrie liberationem fecit. ⁊ hoc miraculo
diuulgato etiā gētiles ⁊ iudei ſepulchꝝ
eius plurimū venerari ceperunt. Quin-
cianus autē dum ad eius inueſtigandas
diuitias pergeret. duobꝰ equis inter ſe fre
mitū dantibus calceſqꝫ iactantibꝰ. vnus
eum morſu impetijt alter calce pcuſſum
in flumine ꝓiecit. ita q̄ corpus eius nuſ
q̄ potuit inueniri. Reuoluto anno cir-
ca diem natalis eius. mons quidam ma
ximus circa ciuitatē ruptus eructauit in
cendiū: q̇ quaſi torrens de monte deſcen
dens. ⁊ ſaxa terramqꝫ liquefaciēs. ad vr-
bem cū magno impetu veniebat. Tunc
paganoꝝ multitudo deſcēdit de monte
⁊ ad ſepulchꝝ eiꝰ fugiēs velū vn̄ cooptū
erat ſepulchꝝ arripuit. ⁊ eū ſtatuit cōtra
ignē. Statimqꝫ in die natalis ipiꝰ vgīs
ignis ſtetit. ⁊ vltra vllatenꝰ nō ꝓceſſit.

De hac virgine dicit Ambro. in pfa-
tione. O felix ⁊ inclita vgo. q̄ meruit do
mini pro laude martiris fidelis ſangui-
nē clarificare ſuum. O illuſtris ⁊ glorio
ſa gemino illuſtrata decore. que int̄ tor-
menta aſpera cunctis prelata miraculis
⁊ miſtico pollens ſuffragio. apoſtoli me-
ruit viſitatione curari. Sic nuptaꝫ chri
ſto ſuſceperunt ethera. Sic humādi ar-
tus glorioſa fulgent obſequia. vt angelo
rum chorus ſanctitatem mētis ⁊ patrie
indicat liberationem.

## Edaſtꝰ quaſi ve

re daſeſtus. quia vere ſibi dedit
eſtus afflictionis ⁊ penitentie. Vel qua-
ſi ve diſtans. quia ve eternum ab eo di-
ſtat. nam damnati ſemper dicent. ve. ſcꝫ
quia deum offendi. ve quia dyabolo cō
ſeſſi. ve qr natꝰ fui. ve quia mori n̄ valeo
ve q̄ tā male torq̄or. ve q̄ nūq̄ libabor.

## Edaſtus a beato

Remigio in traiacenſē epm or-
dinatus fuit. Qui cum ad portā ciuitatis
veniſſet ⁊ ibidē duos paupes vnū cecū
⁊ aliū claudū petentes elemoſynam rep
iſſet: dixit eis. Argentū et aurum non ē
mihi: qđ autem habeo vobis do. ⁊ facta
oratiōe vtroſqꝫ ſanauit. Cū aūt in qua-
dam eccl̄ia derelicta. vepribus opta. lupꝰ
habitaret. eidē p̄cepit: vt īde fugeret. nec
vltra illuc redire auderet. Qđ ⁊ factū eſt
Deniqꝫ cū verbo ⁊ ope multos conuertiſ
ſet. quadrageſimo āno ſui epatus vidit
columnā igneā a celo vſqꝫ in domū ſuaꝫ
deſcēdentē Qui finē ſuū adeſſe ꝯſiderās
pꝰ modicū i pace qeuit. circa ānū dn̄i qn
gēteſimū q̇nq̄geſimū. Cū āt corpus eiꝰ
trāſferret audomatꝰ pſenio cecus. dolēs
q̄ corpus epi videre nō poterat. mox lu
mē recepit. ſꝫ poſtmodū ad votum ſuuꝫ
lumen amiſit.

## Mādus dicitur

ab amore. quia amabilis fuit. ba

buit eñ tria in ſe que faciũt hoīem amabilez. Primũ ē ſocietas grata. ꝓuer. viij. Uir amicabilis ad ſocietatē ⁊c. Scḋm ē cõuerſationis honeſtas. ⁊ ſic dr̄ Heſter ij. ꝙ omniũ oculis amabilis videbatur. Tertiũ ē probitatis virtuoſitas. ij. Re. j. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ decori.

## Mandus ex no

bilibus parētibus ortus monaſteriũ introiuit. Qui dũ ꝑ monaſterium ambularet quēdā maximũ ſerpētē inuenit. quē ſtatim virtute crucis ⁊ orōne ad fouea nunꝗ̄ inde exiturũ redire coegit. Ueniens aũt ad ſepulchꝝ ſcti Martini annis q̄ndecim ibi māſit. cilicio indutus ⁊ aqua ac pane ordeaceo ſuſtētatus. Poſt hoc dũ romā iuiſſet. ⁊ in eccīa ſcti Petri in oratione ꝑnoctaret. cuſtos eccīe ipm irreuerenter foras eiecit. Qui dũ ad admonitiōem ſancti Petri: ꝗ ſibi añ fores eccīe dormiēti appuit: ad gallias iuiſſet. ⁊ ibidem regē Dagobertuz pro ſuis crīminibꝰ increparet: iratus rex eũ ḋ ſuo regno eiecit. Deniqꝫ cum rex filiũ nō haberet ⁊ oratione facta ad dn̄m filiũ habuiſſet. cogitare cepit: a quo infantē ſuũ faceret baptizari. Uenitqꝫ in mentem eius vt ab amando eũ baptizari faceret. Queſito igiꝉ amādo ⁊ ad regē adducto. rex ad pedes eius ꝓſternitur: rogauitqꝫ vt ſibi indulgeret. ⁊ ſuũ filiũ quē ſibi dn̄s dederat baptizaret. Ille ṽo pmā petitionē benigne conceſſit. ſed ſecularibus negocijs implicari metuēs. ſecundā renuit ⁊ abſceſſit. Tādem victus pcibus ānuit voto regis. Quē cũ baptizaret tacentibus cunctis: infans rn̄dit. Amen. Poſt hoc rex ipm in traiacenſem ep̄atum ſublimari fecit. Qui cũ a pleriſqꝫ verbum p̄dicationis cõtēni videret. in vaſcaniam iuit: vbi cũ quidam ioculator verba eiꝰ irrideret a demone arripitur. ⁊ ꝓprijs dētibus ſe diſcerpens: ꝙ viro dei iniuriam fecerit confitetur. ⁊ ſtatim miſerabiliter moritur. Dum aūtē quadā vice manus ſibi lauaret: quidā ep̄s aquā illā ſeruari fecit: ḋ qua quidā cecus poſtmodũ curatus fuit. Cũ in quodā loco de voluntate regis monaſterium cõſtruere vellet ꝗdam ep̄s proxime ciuitatis moleſte hoc ſuſtinens. miſit famulos ſuos vt aut ipſum occiderent vel inde eijcerent. ꝗ venientes eidem doloſe dixerunt. vt ſecum ꝓgeret ⁊ ſibi locum aptum ad monaſterium oſtenderent. Ille autē maliciā illorũ precognoſcens. vſqꝫ ad cacumē montis vbi eum occidere cupiebant cũ eis iuit eo ꝙ multũ martiriũ affectaret. Sed ecce tanta pluuia ⁊ tempeſtate mons tegitur. vt ſe mutuo videre non poſſent. Et iam ſe mori putantes. proſtrati veniā poſtulabāt ⁊ vt eos viuos abire ꝑmitteret exorabant. qui orationē effudit ⁊ ſerenitatem maximam impetrauit. Illi ergo ad ꝓpria redierunt ⁊ ſanctꝰ Amandus euadens. ⁊ multa alia miracula faciens in pace quieuit. floruit circa annum dn̄i dcliij. tempore Eraclij.

## Alentinꝰ quaſi

valorē tenens. hoc eſt in ſanctitate perſeuerans. Et dicitur Ualentinus quaſi valens tyro. id ē miles xp̄i. Miles dicitur valens qui nunꝗ̄ cecidit. fortiꝉ ferit. ſ. valenter defendit: potenter vincit ſic Ualentinus nō ceſſit martiriũ vincēdo pcuſſit ydolatriā euacuando: defendit fidē cõmuniendo. vicit patiēdo.

## Alentinus reue

rendus p̄ſbyter fuit. quē claudiꝰ imꝑator ad ſe adduci faciens. interrogauit dicens. Quid ē Ualentine? Cur amicitia noſtra non frueris vt deos noſtros non adores ſuperſtitionem tue abijcias vanitatis? Cui Ualentinus. Si gratiā dei ſcires iſta nequaꝗ̄ diceres ſed ab ydolis animũ reuocares: ⁊ deum ꝗ ē in celis adorares. Tũc quidaꝫ qui claudio aſtabat: dixit. Quid vis dicere Ualentine de ſanitate deorũ noſtrorũ? Cui valentinꝰ



Ego de eis nil dico niſi ꝙ fuerunt homines miſeri et omni immundicia pleni. Ad quem claudius. ſi xp̄s verus deus ē. cur mihi nō dicis qḋ verũ eſt? Cui valētinus. Uere xp̄s ſolus eſt deus in quē ſi credideris anima tua ſaluabiꝉ. reſpublica augebiꝉ. omniũ inimicorũ tibi victoria cõcedeꝉ. Rn̄dens autē claudiꝰ aſtantibus dixit. Uiri romani audite. quā ſapienter ⁊ recte loquiꝉ hō iſte. Tũc dixit prefectus. ſeductꝰ eſt imꝑator. quō deſeremus qḋ ab infantia noſtra tenuimus? Et tũc cor claudij inmutatũ eſt. Tradiꝉ autē cuidā principi in cuſtodiā. Et cũ ī domũ eius ductꝰ fuiſſet: dixit. Dn̄e ihu xp̄e ꝗ es veruꝫ lumē. illumina domũ iſtā vt te verum deũ cognoſcāt. Cui prefectꝰ. Miror te dicentē ꝙ xp̄s eſt lumē. ⁊ quidem ſi filiā meā diu cecā illuminauerit. faciā quecunqꝫ p̄ceperis. Tũc valentinꝰ orans eius filiā cecā illuminauit: ⁊ om̄s de domo ſua conuertit. Tunc imꝑator Ualentinũ decollari p̄cepit circa annuꝫ domini. cclxxx.

## Uliana duz Eu

logio prefecto nicomedie deſpōſata eſſet ⁊ nollet ſibi aliquatenus copulari niſi reciperet fidem xp̄i: iuſſit eam pr̄ ſuus expoliari. et grauiſſime cedi ac ipſi prefecto tradi. Cui prefectus ait. Dulciſſima mea iuliana: cur me ita deluſiſti. vt me ſic rennueres? Cui illa. Si tu adoraueris deũ meũ acquieſcam tibi. alioquin nunꝗ̄ dominus meus eris. Cui prefectꝰ. Domina mea hec facere poſſum. quia imꝑator amputare faceret caput meũ. Cui iuliana ſi ita times imꝑatorem mortalez quō vis vt imꝑatorem nō timeam immortalem. ffac quicquid vis. quia me decipere nō valebis. Tunc prefectꝰ iuſſit eā grauiſſime ṽgis cede. ⁊ dimidia die ꝑ capillos appendi ⁊ plumbum liquefactum in capite eius fundi. Qḋ cuꝫ nihil ei nocuiſſet ipām cathenis ligauit ⁊ in carcerē reduxit. Ad quam venit dyabolus ī ſpecie angeli dicens. Juliana ego ſũ angelꝰ domini qui me ad te miſit. vt te debeam commonere vt dijs ſanctifices. ne tamdiu crucieris ⁊ tam mala morte moriaris. Tunc iuliana flens orauit dicens. domine deus meus ne permittas me perire. ſed oſtende mihi quis eſt qui mihi talia perſuadet. ffactaqꝫ ad eam vox vt ipſum apprehenderet ⁊ quis eſſet ipſum cogeret confiteri. Que cum eum tenuiſſet ⁊ quis eſſet interrogaſſet. dixit ei ꝙ demon eſſet. ⁊ ꝙ ad eam decipiendam pater ſuus miſiſſet ipſum. Cui iuliana. et quis ē pater tuus? Reſpondit. Beelzebub qui ad omnia mala nos dirigit ⁊ facit nos grauiter verberari: quotiens a chriſtianis fuerimus ſupati. et ideo ſcio ꝙ malo meo huc veni. quia te ſuperare nō potui. Inter alia que confeſſus eſt dixit. quia tunc maxime a chriſtianis elongabatur quando miſteriuꝫ dominici corporis agebaꝉ. et quando orationes et predicationes fiebant. Tunc iuliana retrorſum manibus ipſum ligauit ⁊ ad terram ipſum deijciens cum cathena cum qua erat ligata. ipſuꝫ duriſſime verberauit. Dyabolus autem clamans rogabat eam dicens. domina mea iuliana miſereri mei. Tunc iuſſit prefectus vt Juliana de carcere educeretur. et exiens trahebat poſt ſe demonē alligatum. Demon autem rogabat eam dicens: Domina Juliana noli amplius de me ridiculum facere. non enim potero vltra in quempiam preualere. chriſtiani dicuntur miſericordes eſſe ⁊ tu nullaꝫ de me miſericordiam habes. Sicqꝫ per totum forum ipſum traxit: Et poſtea in quandam latrinam ipſum proiecit.

Cum autē ad perfectum perueniſſet ī quadam rota adeo eſt extenſa. ꝙ om̄ia eius oſſa vſqꝫ ad medullarũ exitũ ſũt cõfracta. angelꝰ āt dn̄i rotā ꝯminuēs ipāꝫ ī momēto ſanauit. Quod vidētes. ꝗ aderāt crediderunt. Et ſtatim decollati ſũt viri qngēti ⁊ mlieres. cxx. deīde cũ ī qdā olla plũbo liquefacto plena miſſa fuiſſet:

ſed plũbũ vel ut tpatũ balneũ factũ eẽt. maledixit pfect⁹ dijs ſuis. q̃ vnã puellã punire nõ poterãt que tãtã iniuriã eis ir rogabat. Tũc iuſſit eam decollari. Que dũ ad decollãdũ duceretur, demon quẽ verberauerat in ſpẽ iuuenis apparẽs. clamabat dicens. Nolite ei parcere quoniã deos vr̃os vitupauit. ⁊ me hac nocte grauiter verberauit. reddite ḡ ſibi qđ meruit Cũq3 iuliana paululũ oculos apparuiſſet. vt videret quis eſſet q̃ talia loqueret. Demon aufugiens exclamauit. heu heu me miſerum. adhuc puto q me vult capere ⁊ ligare. Cum ergo beata Juliana decollata fuiſſet. prefectus nauigãs in mari cum. xxxiiij. viris orta tempeſtate ſubmerſus eſt. horũ autem corpa cũ mare iactaſſet a feris ⁊ auibus ſunt comeſta.

## Cathedra tri-

plex eẽ dicit. ſc3 Regal' ſcđi Reg. xxiij. Dauid ſedens i cathedra ⁊c. Sacerdotal' pmi Reg. pmo. hely ſacerdote ſedente ſup ſellã. Magiſtralis. Math. xxiij. ſup cathedrã moyſi ⁊c. Beatus ergo Petrus ſedit i cathedra regali. quia fuit pnceps omniũ regũ. Sacerdotali. q2 fuit paſtor omniũ clericoꝝ. Magiſtrali. quia fuit doctor omnium xpianorum.

## Cathedra ſancti

Petri ab eccleſia feſtiue recolitur quia tunc beatus Petrus apud anthiochiam in cathedrali honore ſublimatus fuiſſe phibet.

## Huius autẽ ſolenni

tatis inſtitutio quadruplicẽ cãm hr̃e vr̃. Prima cã ẽ. Cũ em̃ beat⁹ Petrus apđ anthiochiã pdicaret. theophilus pnceps ciuitatis illius ei dixit. Petre q̃ rõne ppl'3 meũ ſubuertis. Cũ ḡ Petrus ſibi fidem xpi pdicaret: ille eum vinculari fecit. ⁊ ſine cibo ⁊ potu eũ manere pmiſit. S3 cũ Petrus iam pene deficeret. reſumptis tñ viribus eleuans oculos ad celũ ait. Jhu xpe miſeroꝝ adiutor. adiuua me in his tribulationibus deficientẽ. Cui dñs rñdit. Petre credis te derelictũ a me? Mee bonitati derogas ſi talia cõtra me dicere nõ formidas. Preſto eſt qui tue ſubueniat miſerie. Audiens aũt Paulus de incarceratiõe Petri. ad theophilũ venit. ⁊ ſe in multis opibus ⁊ artibus ſũmũ opificem eẽ aſſeruit. Ligna ⁊ tabulas ſe ſcire ſculpe: tentoria pingere. ⁊ multa alia induſtrie opari dixit. Qui a theophilo obnixe rogatur vt in eius curia ſecũ ɔſiſtat. Euolutis paucis diebus paulus ad petrũ abſconſe in carcerem introiuit. Quẽ videns pene mortuũ ⁊ conſumptũ. amariſſime flere cepit. ⁊ in amplexus eius quaſi flendo deficiebat et prorumpens ſic inqt. O petre frater meus: gloria mea. meum gaudium dimidiũ aĩe mee. meo intuitu reſume vires. Tunc petrus oculos aperiens ⁊ ipm cognoſcẽs. lacrimari cepit. ſ3 ſibi loqui non potuit. ⁊ occurrens Paul⁹ vix os eius apuit ⁊ ponens cibũ ipm refocillauit. Cũ aũt Petrus cibo cõfortatus fuiſſet accurrens in oſcula Pauli ruit ⁊ ambo plurimum fleuerunt. Paulus aũt occulte rediẽs theophilo dixit. O bone theophile magna ẽ gloria tua ⁊ curialitas tua honeſtatis amica: dehoneſtat multa bona exiguum malum. Remiſcere qđ feciſti illi deicole. Qui dicitur Petr⁹ velut eſſe aliquid magnum. pannoſus deformis: macie conſumptus: per omnia vileſcit. ſolo ſermone clareſcit. et tale3 te decet in carcerem ponere. Qui potius ſi libertate ſolita frueretur. poſſet tibi in aliquo vtilior eſſe. Nam ſicut de illo homines quidam aiunt infirmos ſanat. Mortuos ſuſcitat. Cui theophilus fabuloſa ſunt iſta paule que dicis. Quia ſi mortuos ſuſcitare poſſet. et ſeipm de carcere liberaret. Cui paulus. Sicut chriſt⁹ ſuus a mortuis reſurrexit: vt dicunt: qui tñ de cruce deſcẽdẽ noluit: ſic petr⁹: vt aiunt: h⁹ exẽplo ſe ñ libat. ⁊ pati p xpo ñ formidat. Cui theophilus. Dic ergo ei. vt filium meum iam per quatuordeci3 annos mortuum reſuſcitet. ⁊ incolumẽ eu3 reddam ⁊ liberum. Ingrediens igitur Paulus dixit quomodo reſuſcitationẽ filij principis ſpopondiſſet. Cui Petrus rem grande3 Paule promiſiſti. ſed dñi virtute facilimam. Sed cum Petr⁹ eductus de carcere monumento aperto pro eo oraſſet. continuo reſurrexit. Hoc autem per omnia veriſimile non videtur. vt aut Paulus humana aſtutia talia ſe fabrilia ſcire componere fingeret. aut vt ſententia iuuenis per quatuordecim annos ſuſpenſa fuiſſet. Tunc Theophil⁹ ⁊ vniuerſus populus anthiochie. ⁊ alij q̃ plures domino crediderunt. ⁊ glorioſam eccleſiam fabricauerunt. in cui⁹ medio excelſam cathedram collocauerunt. ⁊ Petrum vt ab omnibus videri ⁊ audiri poſſet: exaltauerunt. In qua ſeptẽ annis ſedit. ſed poſtmodũ veniens roma3. in romana cathedra ſedit viginti quinq3 annis. De primo tamen honore eccleſia celebrat: quia tunc primo prelati eccleſie ceperunt loco: poteſtate et nomine ſublimari. Tunc ergo impletum eſt illud quod legitur in pſalmis. Exaltent eum in eccleſia.

Et notandum q triplex eſt eccleſia i qua beatus Petrus fuit exaltatus. ſcilic3 eccleſia militantium: malignantium. et triumphantiũ. in hanc triplicem eccleſiam exaltatus eſt ſm triplicem feſtiuitatem. quã de ipſo eccleſia celebrat. Eſt. n. exaltatus. in eccleſia militantium eidem preſidendo ⁊ eã in animo. in fide et moribus laudabiliter regendo: ⁊ hoc q̃tu3 ad ſolennitatem hodiernam que dicit cathedra. quia tunc ſuper anthiocenam eccleſiam pontificatum accepit. ⁊ ea3 ſeptem annis laudabiliter rexit. Secũdo eſt exaltatus in eccleſia malignantium ipſam ſcilicet diſſipando ⁊ eam ad fide3 conuertendo. ⁊ hoc pertinet ad ſecundã feſtiuitatem. que dicit ad vincula. Tũc enim malignantium eccleſiam diſſipauit. ⁊ multos ad fidem conuertit. Tercio eſt exaltatus in eccleſia triumphantium. in ipam ſcilicet feliciter introeundo ⁊ hoc q̃tum ad terciam ſolennitatem. q̃ eſt paſſionis eius. quia tunc eccleſia3 triumphantium introiuit.

Notandu3 etiam q pluribus alijs rationibus eccleſia ter in anno đ eo feſtiuitatẽ facit. ſcilicet propter primordiale principium vel priuilegium: propter officium. propter beneficiũ. propter debitu3 ⁊ propter exemplum. propter priuilegiũ quoniã beatus Petrus ab alijs apoſtolis in tribus fuit priuilegiatus. propter que tria puilegia. eccleſia ter in anno eũ honorat. Fuit enim pre ceteris dignior i auctoritate quoniam princeps apoſtolorum extitit: ⁊ claues regni celorum accepit. Feruentior in amore. Cum maiore enim feruore xpm dilexit q̃ ceteri. ſicut in multis locis euangelij manifeſtatur. Et efficacior in virtute. Na3 ad vmbrã Petri vt legitur in actibus ſanabantur infirmi. Scđo propter officiũ. Ipſe. n. officium prelationis ſuper vniuerſa3 eccleſiam habuit. ⁊ ideo ſicut Petrus fuit pñceps ⁊ prelatus totius eccleſie que diffuſa eſt in tribus partibus mundi. ſcilicet. Aſia affrica ⁊ europa. ita eccleſia ter in anno celebrat feſtum eius.

Tertio ppter beneficium. quia ipſe qui poteſtatem accepit ligandi atq3 ſoluendi. liberat nos a tribus generib⁹ peccatorum. ſcilic3 cogitatiõis. locutiõis et opationis: vel q in deũ vel q in pximũ vel q in nos peccauimus. Uel iſtud beneficiũ poteſt eẽ triplex beneficiu3 aliqđ virtute clauium peccator in eccleſia conſequitur. Primũ eſt abſolutionis a reatu oñſio. Secundum pene purgatorie i tpalem cõmutatio. Tertium pene temporalis ſm partem relaxatio. Et proptẽ hoc triplex beneficium ſanctus Petrus eſt tripliciter honorandus.

Quarto propter debitum. quia enim

iꝑe tripliciter pauit ⁊ paſcit nos. ſ. verbo
exemplo. ⁊ tempali ſubſidio: ſiue oratio-
nis ſuffragio. io obligamur vt ipm tri-
pliciter honoremus. Quinto propter
exemplū vt nullus peccator deſperet. eti
am ſi tertio ſicut Petrus deum negaue-
rit: ſi tamen eū ſicut ipſe velit corde. ore
opere cōfiteri.

## Secūda cauſa inſti

tutionis ē hec. que quidē de itinerario
clementis eſt ſumpta. Cum em̄ Petrus
verbum dei predicans. anthiochiani ap
propinquaret. om̄es de ciuitate illa ei ob
uiauerunt. nudis pedibus pergentes. ci-
licijs induentes ⁊ caput puluere aſpergē-
tes. agentes penitentiā ꝙ ꝯtra eū Simo
ni mago conſenſiſſent. Petrus vō eorū
penitentiā videns gratias deo egit. Tūc
illi obtulerunt omnes vexatos languo-
ribus. ⁊ demonibus fatigatoſ. Quos dū
Petrus ante ſe poni iuſſiſſet et ſuper eos
nomē dn̄i inuocaſſet. immenſum lumē
ibidem apparuit. ⁊ omnes protinus ſūt
ſanati currentes ⁊ oſculantes veſtigia ſā
cti Petri. Tūc intra ſeptem dies pluſq̄
decē milia hominū baptiſma ſuſceperūt
ita vt theophilus princeps ciuitatis illi-
us domū ſuam in baſilicam fecerit conſe
crari. ⁊ ibidem petro excelſam cathedrā
collocari. vt ab oib⁹ videret̄. ⁊ audiretur
Nec iſtud cōtrariū ē his q̄ ſupius d. cta
ſt. potuit. n. fieri ꝙ Petr⁹ ꝑ opationē pau
li a theophilo ⁊ toto pplo magnifice ſit
ſuſceptus. Sꝫ recedēte Petro. ſymō ma
gus pplm ꝑuertit ⁊ cōtra Petꝝ grauiter
incitauit. Poſtmodū vō pniam āgēsite
rū honorabilit̄ eū recepit.

## Hoc aūt feſtū hodi

ernū de incathedratione. b. Petri cōſue-
uit appellari feſtū epulaꝝ bti petri: ⁊ hic
tertia ratio ſumit̄ inſtitutionis huius fe
ſti. Cōſuetudo em̄ fuit antiquitus gen-
tiliū vt ait mgr̄ iohānes beleth. ſingulis
annis in mēſe februario certo die epulas
offerre ſuꝑ tumulos parētū ſuorū. ⁊ eas
de nocte demones cōſumebant. Ipi aūt
ab aīabus circa tumulos errantibus q̄s
vmbras vocabant vaſtari putabāt. So-
lebant em̄ antiqui dicere vt idem ait. ꝙ
qn̄ in humanis corꝑibus ſunt dicuntur
anime. et in inferis manes: ſpiritus vero
vocabāt quādo ad celos aſcēdebāt. vm-
bras quādo recēs erat ſepultura ſiue qn̄
circa tumulos errabant. hec autē cōſue-
tudo de ipis epulis vix a xp̄ianis potuit
extirpari. qd̄ ſancti patres attendentes. ⁊
penitus hoc extirpare volentes. feſtum
de cathedratione beati Petri. tum de il-
la que fuit rome. tum de illa que fuit an-
thiochie. ſtatuerunt illo. ſcꝫ eodem die
quo talia fiebāt. vnde ab illis epulis ad-
huc ab aliquibus feſtum epularum btī
Petri vocatur.

## Quarto inſtituta eſt

ꝓpter reuerentiā corone clericalis. No-
tandū em̄ ꝙ iuxta aliquoꝝ traditionē
corona clericoꝝ hic primo ſumpſit initi
um. Nā dum petrus anthiochie predi-
caret in contumeliā nominis xp̄iani. ſū-
mitatem eius capitis abraſerunt. Qd̄ q̄-
dē poſtmodū toti clero tradit̄ in hono-
rem. qd̄ ꝑ xp̄o aploꝝ principi ꝯtumelia
fuerat irrogatum. Circa aūt ipā co
ronā clericoꝝ tria attēdūt̄. ſcꝫ capitis ab
raſio. capilloꝝ detruncatio. ⁊ forme cir-
culatio. Abraſio aūt in ſuꝑiore capite fit
triplici ratione. quaꝝ duas aſſignat dyo-
niſi⁹ in eccl'iaſtica hierarchia. d. Detōſio
capilloꝝ ſignat mūdā ⁊ nō formabilem
vitā. Ad capilloꝝ em̄ detonſionem ſiue
capitis abraſionē tria ſequūt̄. ſ. mūdicie
ꝯſeruatio. deformatio. ⁊ denudatio. mū
dicie conſeruatio. qr ex capillis ſordes in
capite aggregantur. Deformatio qr ca-
pilli ad ornatum ſūt. ſignificat ergo ton
ſura mundam et nō formabilem vitam.
Hoc enim ſignificat qd̄ clerici debent
habere mundiciam mentis interius ⁊ n̄
formabilē. i. nō exq̄ſitū habitū exterius.
Denudatio aūt ſignificat ꝙ inter ſe ⁊ de
um nihil debet eē medium. ſꝫ imediate
deo debēt vniri ⁊ reuelata facie domini
gloriā ſpeculari. Capillorū detrūcatio
fit. vt ex hoc detur intelligi. ꝙ clerici om-
nes cogitationes ſuperfluas a mēte ſua
debent abſcidere. ⁊ ad verbū dei ſemper
auditū paratū ⁊ expeditū habere. et om-
nia tempalia preterquā ad neceſſitatē a
ſe penitus remouere. Fit autē circularis
figura multiplici rōne. Primo quoniā
hec figura nō hꝫ finē neq̄ ꝑncipiū. Per
qd̄ datur intelligi. ꝙ miniſtri dei ſūt cle-
rici qui deus nec habet principiū neq̄ fi
nem. Secundo qm̄ hec figura nullū an-
gulum habet ⁊ ſignificat ꝙ clerici nō de
bent habere ſordes in vita. qm̄ vbi angu
lus ibi ſordes. vt dicit Bern̄. Et debent
habere veritatē in doctrina: qm̄ veritas
angelos n̄ habet ſicut dicit Hiero. Ter
tio qm̄ hec figura ē oīm figuraꝝ pulcer-
rima. Unde in hac deus celeſtes creatu-
ras fecit. Per quod ſignificatur ꝙ cleri-
ci debēt habere pulcritudinē interius in
mente ⁊ exterius in ꝯuerſatiōe. Quarto
qm̄ hec figura ē omniū figuraꝝ ſimpli-
ciſſima. Nulla em̄ figura vt dicit Aug.
ex vna linea conſiſtit ſola circularis figu
ra ē. que vna tm̄ linea clauditur. Per ꝙ
ſignificat̄ ꝙ clerici habere debent ſimpli
citatē columbarum: iuxta illud. ⁊ ſimpli
ces ſicut columbe.

## Mathias hebrai-

ce latine dicit̄ donatus dn̄o. vel
donatio dn̄i. vel humilis ſiue puus. Nā
donatus a dn̄o fuit. qn̄ ipm de mūdo ele
git. ⁊ inter. lxxij. diſcipulos deſignauit.
Donatio dn̄i fuit. qn̄ ſorte electus inter
apoſtolos nomīari ꝓmeruit. Paruus fu
it. qr verā ſꝑ hūilitatē ſuauit. Eſt āt tri-
plex hūilitas ſicut dicit Amb. Prima ē
afflictōis q̄ q̄s dr̄ hūiliat⁹. Scd̄a cōſide
rationis q̄ ꝓcedit ex cōſideratione ſui.
Tertia deuotiōis q̄ ꝓcedit ex cognitiōe
creatoris. primā habuit beat⁹ Mathias
martiriū patiendo. Scd̄am ſeipm deſpi
ciendo. Tertiā maieſtatē dei admirādo
Uel dr̄ a manu qd̄ ē bonum et theſis po-
ſitio; inde Mathias bonū poſitum ꝓ
malo. ſcilicet pro iuda. Eius vitam que
per eccleſias legitur Bedā ſcripſiſſe cre
ditur.

## Mathias apoſto-

lus in locum iude ſubſtitutus ē.
ſed primo ortū originem ipius iude bre
uiter videamus. Legitur eniꝫ in quadā
hyſtoria licet apocripha. ꝙ fuit quidam
vir in hierl'm nomine ruben. Qui alio
nomine dictus eſt ſymon de tribu Dan.
vel ſm Hiero. de tribu yſachar. qui ha-
buit vxorem q̄ cyborea nūcupata ē. qua-
dam igitur nocte cum ſibi mutuo debi-
tum exoluiſſent. cyborea obdormiēs ſō-
nium vidit que per territa cum gemiti-
bus ⁊ ſuſpirijs viro ſuo retulit di. Uide-
batur mihi ꝙ filium flagicioſū parerē.
qui totius gentis noſtre cā perditionis
exiſtiret. Cui Ruben nephariam inq̄t
rem nec relatu dignam ꝓfaris: ⁊ ſpiritu
ceupito phitonico rapis. Cui illa. Si
me concepiſſe ſenſero. et filium pepero:
abſq̄ dubio nō ſpiritus phitonicus ex-
titit. ſed reuelatio certa fuit. Proceden-
te igitur tpe. cum filium pepiſſet. paren-
tes plurimum timuerunt. ⁊ quid de eo
facerent cogitare ceperunt. Cūq̄ filium
abhorrerēt occidere: nec vellent deſtru-
ctorem ſui generis enutrire. ipſum in fiſ-
cella poſitum mari exponunt. Quē ma-
rini fluctus ad inſulā que ſcharioth dr̄
protulerunt ab illa igitur inſula iudas
ſchariothis appellatus eſt. Regina au-
tem illius loci carens liberis. Ad litus
maris cauſa ſpaciandi proceſſit. et fiſcel-
lam a marinis fluctibus iactari videns
ipſā aperiri precepit: inueniēſq̄ ibi pue
rum elegantis forme. Suſpirans ait. O
ſi ſolacijs tante ſubleuarer ſobolis. Ne
regni mei priuarer ſucceſſore. Pueꝝ igr̄
ſecreto nutriri fec. ⁊ ſe guidā ſimulauit.

Tandē ſe filium pepiſſe mētit. ⁊ p totū
regnū fama hec celebris diuulgat. Prin
cipes ꝓ ſuſcepta ſobole vehemeter exul=
tant. ⁊ ingenti gaudio plebs letat. Ipm
igitur ſm magnificentiam regiam edu=
cari fecit. Nō poſt multū vo tpis regi=
na de rege concepit. ⁊ ſuo tpe filium par=
turiuit. Cum autem pueri aliquantulū
iam creuiſſent. ad inuicem ſepius col lu=
debant. et puerum regium iudas crebriſ
moleſtijs ⁊ iniurijs moleſtabat. ⁊ ad fle
tum ſepius prouocabat. Regina autem
hoc moleſte ferens. ⁊ iudam ad ſe nō pti
nere ſciens. ipm crebrius verberabat. ſꝫ
nec ſic a moleſtia pueri deſiſtebat. Tādē
res panditur. ⁊ iudas non verus regine
filius. ſed inuentus aperitur. Qđ iudaſ
vt comperit vehement erubuit. ⁊ fratrē
ſuum putatiuum filium regis latent oc
de pena ⁊ origine iude inuenies in legen-
da ſancti Mathie. de pena ⁊ excidio iu-
deorum in legēda ſancti Iacobi mino-
ris. De pena aūt ⁊ origine pilati in qua-
dam hiſtoria lꝫ apocrifa ſic legitur. Fuit
quidam rex nomine Tyrus qui quādā
puellam nomine Pilam filiam cuiuſdā
molendinarij nomine Atus carnaliter
cognouit. ⁊ de ea filiuꝫ generauit. Pila
autē ex nomine ſuo ⁊ nomine patris ſui

qui dicebatur Atus vnū nomen cōpo-
ſuit. ⁊ nato puero impoſuit ei nomen
pilatus. Cumqꝫ autem Pilatus tres an-
nos haberet. ipſum Pila ad regem trāſ-
miſit. Habebat autem rex filium de re-
gina coniuge ſua. qui vere Pilato coeta-
neus videbatur. iſti dum annos diſcre-
tionis attigiſſent. ſepius luctamine. pu-
gne ⁊ funda adinuicē colludebant. Sꝫ
regis legittimus filius vt genere erat no-
bilior. ſic in omni loco Pilato inuenie-
batur ſtrēnior. ⁊ in omni genere certami-
nis aptior. ob hoc Pilatus inuidie liuo-
re cōmotus. ⁊ felleo dolore ſtimulatus.
fratrem ſuum latenē occidit. Quod rex
audiens vehementer doluit. ⁊ concione
cōuocata quid de ſcelerato et homicida
faciendo ſit filio requiſiuit. Qui omnes
reum mortis eſſe vnanimiter exclamaue-
runt. Rex autem ad ſe reuerſus. iniqui-
tatem iniquitate noluit duplicare. ſed
ipſum pro tributo quod annuatim de-
bebat romanis in obſidem miſit. tū vo-
lens innoxius eſſe ab occaſione filij. tum
a tributo romanorum cupiens liberari.
Tunc enī tēporis erat rome filius regis
francie. queꝫ ſimiliter rex miſerat romā
pro tributis. Huic Pilatus aſſociatus
eſt. cum ſe ab eo moribus ⁊ induſtria p̄-
celli videt̄. eū inuidie ſtimulis agitat⁹ oc-
cidit. Sꝫ cū romani qḋ de eo faciēdū eēt
inq̄rerēt dixerūt. Hic ſi ſuꝑuixerit q frēꝫ
necauit. obſidē iugulauit. reipublice plu-
rimū vtilis erit. ⁊ colla ferociū hoſtiū fe-
rox ipſe domabit. Dixerūt ḡ cū re⁹ mor-
tis habeat̄. ī pōthos inſulā gētib⁹ illis q̄
nullū patiūt̄ iudicē. iudex ꝑficiat̄. ſi for-
te ei⁹ neq̄cia ipſoꝝ ꝯtumacia edomet̄ ſi
nō qḋ meruit patiat̄. Miſſus igit̄ pilat⁹
ad gētē ferocē. ⁊ ſuoꝝ iudicū ꝑēptricē. n̄
inſci⁹ ad quos miſſus ſit ⁊ q̄ ꝑpēdula vite
ſue ſniā tacite recōſiderās. vitā ſeruare
voluit. ⁊ gētē neq̄ ipſe minis ⁊ ꝓmiſſis
ſupplicio ⁊ p̄cio penitus ſbiugauit. Qui
igit̄ tādire gētis victor extitit. a pōthos
inſula pōti⁹ pilatus nomē accepit. He-
rodes aūt hoīs illi⁹ īduſtriā vt audiuiſ

verſutijs eius cōgaudēs. ipſe vſutus eū
ad ſe muneribus ⁊ internuncijs inuita-
uit ⁊ ſup iudeā ⁊ ihr̃lm poteſtatem ⁊ vi-
cem ſuā tradidit. Qui cum pecuniā in-
numerabilem cōgregaſſet. neſciēte hero
de romā adijt ⁊ infinitā pecuniam Ty
berio impatori obtulit. ⁊ ab eo ſibi dari
qđ ab Herode tenebat muneribus im-
petrauit. Huiuſmodi cā facti ſūt inimi
ci pilatus ⁊ Herodes. quoadusq̃ tēpo-
re paſſionis dñi eum ſibi recōciliauit eo
ꝙ dñm ad ſe miſit. Alia cā inimicitie aſ
ſignat̃ in hiſtoria ſcolaſtica. Quidā eni
ſe filiū dei faciens multos de galileis ſe-
duxerat. quos cum in gariſim deduxiſſ;
vbi dixerat ſe aſcenſurū in celum. ſuper
ueniēs pilatus ipſum cū oībus occidit.
timens ne ſimilit̃ iudeos ſeduceret. Ob
hoc facti ſunt inimici. q2 herodes preſi-
debat galileis. ⁊ vtraq̃ cauſa potuit eē
vera. Cum pilatus dñm iudeis crucifi-
gendum tradidiſſet. timens tñ offenſaʒ
Tyberij ceſaris. eo ꝙ cōdēnaſſet ſangui
nē innocentem. quendā ſibi familiarem
pro ſui excuſatione ad ceſarē deſtinauit.
Interea cum Tyberius morbo graui te
neret̃ nunciatur eidem ꝙ hieroſolymis
quidā medicus eēt. qui oēs morbos ſo-
lo verbo curaret. neſciēs ꝙ eum pilatus
⁊ iudei occidiſſent. Dixit itaq̃ voluſia-
no ſibi priuato. Vade citius trans ꝑtes
marinas. diceſq̃ pilato vt hunc medicū
mihi mittat. qui me priſtine ſanitati re
ſtituat. Cū autē ille ad pilatū veniſſet ⁊
mandatum impatoris expoſuiſſet eidē.
territus pilatus. quatuordecim dierum
inducias poſtulauit. Infra qđ ſpacium
dum voluſianus quandā matronā que
fuerat familiaris Ihū nomine Veroni
cā. vbi naʒ xp̃s iheſus inueniri poſſet. in
t̃rogaſſet ait. Heu dñs meus ⁊ de⁹ me⁹
erat quem pilatus per inuidiā traditū
condēnauit ⁊ crucigi p̃cepit. Tunc ille
nimis dolēs: ait. Vehementer doleo. q2
quod mihi dñs meus explere iuſſerat.
nō valeo. Cui Veronica. Dñs meus cū
p̃dicando circuiret. ⁊ ego eius p̃ñtia ni-
mis inuit̃e carerē. volui mihi ipſius de-
pingi imaginē vt dum eius priuarer p̃-
ſentia. mihi saltē preſtaret ſolacium ima
ginis ſue figura. Cūq̃ lintheum picto-
ri deferrem pingendū. dominus mihi
obuiauit. ⁊ quo tenderē requiſiuit. Cui
cum vie cauſam aperuiſſem. a me petijt
pannū ⁊ ipſum mihi venerabili ſua fa-
cie reddidit inſignitum. Imaginis er-
go huius aſpectū ſi dñs tuus deuote in-
tuebitur ꝯtinuo ſanitatis bñficio potie
tur. Cui ille. Eſtne huiuſmodi imago
auro vel argēto comparabilis? Cui illa
Nō. ſed pio affectu deuotiōis. Tecum
igit̃ proficiſcar ⁊ videndam ceſari ima-
ginem deferā. ⁊ reuertar. Venit igit̃ vo
luſianus cū veronica romā dixitq̃ Ty-
berio impatori. Ihm a te diu deſidera-
tum pilatus ⁊ iudei iniuſte morti tradi-
derunt. ⁊ per inuidiam crucis patibulo
affixerunt. Venit igitur matrona q̃daʒ
mecum ipſius Iheſu imaginē deferens
quam ſi deuote proſpexeris. mox ſanita
tis tue beneficium obtinebis. Ceſar igit̃
pannis ſericis viam ſterni fecit. ⁊ imagi
nem ſibi preſentari precepit. qui mox vt
eam fuit intuitus: ſanitatem priſtinam
eſt aſſecutus. Pontius igit̃ pilatus im-
perio ceſaris capit̃ ⁊ romam perducitur
Audiens ceſar pilatum romā aduenīſ-
ſe. nimio furore cōtra eum repletus. euʒ
ad ſe adduci fecit. Pilat⁹ aūt tunicā dñi
inconſutilem ſecum detulit quam indu
tam coram imperatore portauit. Mox
vt imperator eum vidit. omnem irā de-
poſuit. ⁊ ei protinus aſſurrexit. nec ſibi
dure in aliquo loqui preualuit. Et qui
in eius abſentia videbatur tā terribilis
⁊ ferus. nunc in eius preſentia inuenit̃.
quodāmodo manſuetus. Cūq̃ eum li-
centiaſſet. mox cōtra eum terribiliter ex-
candeſcit. ſe miſerum clamans ꝙ ei fu-
rorem ſui pectoris minime oſtendiſ-
ſet. Statīq̃ eum reuocari fecit. iurans
⁊ ꝯteſtās ꝙ fili⁹ mortis ē. nec phas ſit eū
viuē ſup terrā. Qui vt eū vidit cōtinuo
eū ſalutauit ⁊ oēʒ aīmi ferocitatē abiecit



Mirantur omnes. mirabatur ⁊ ipſe ꝙ
ſic contra pylatū dum abeſſet: excande-
ſceret. ⁊ dum preſens eſſet: nil ei aſpere lo
qui poſſet. Tandē diuino nutu vel for-
te alicuius chriſtiani ſuaſu. ipſuʒ illa tu
nica expoliari fecit. ⁊ contra illum priſti-
nam animi ferocitateʒ reſumpſit. Cūq̃
de hoc imperator plurimū miraret̃. di-
ctum eſt ſibi ꝙ illa tunica fuiſſet domi-
ni iheſu. Tunc impator ipſum in carce
re recipi iuſſit. donec ſapientum cōſilio
deliberaret qđ de eo fieri oporteret. Da-
ta eſt in pylatum ſentētia vt morte tur-
piſſima dānaretur. Audiens hec pyla-
tus cultello ꝓprio ſe necauit ⁊ tali mor-
te vitam finiuit. Cognita ceſar morte py
lati dixit. Vere mortuus eſt morte tur-
piſſima cui man⁹ ꝓpria non pepcit. Mo
le igitur ingenti alligat̃ ⁊ in tyberim flu
uiū imergitur. Spiritus vͦo maligni et
ſordidi corpori maligno ⁊ ſordido con
gaudētes. ⁊ nunc in aq̃s nunc in aere ra
piētes. mirabiles inundatiōes in aquis
mouebant. ⁊ fulgura. tēpeſtates. toni-
trua ⁊ grādines in aere terribiliter gene-
rabant. ita vt cuncti timore horribili te-
nerent̃. Quapropter romani eū a tybe-
ris fluuio extrahentes deriſionis cauſa
ipſum viennā deportauerunt ⁊ rodano
fluuio īmerſerunt. Vienna eni dicitur
quaſi via gehenne. q2 erat tunc loc⁹ ma-
ledictionis. Vel potius dicit̃ bienna eo
ꝙ vt dicitur biennio ſit cōſtructa. Sed
ibi neq̃ ſpiritus nō defuerunt. ibidē ea-
dem operantes. Homines ergo illi tan
tā infeſtationē demonum non ferentes.
vas illud maledictionis a ſe remouerūt
⁊ illud ſepeliendū loſanne ciuitatis ter
ritorio cōmiſerunt. Qui cū nimis prefa
tis infeſtationibus grauarentur. ipſum
a ſe remouerūt. ⁊ in quodā puteo mon-
tibus circūſepto īmerſerunt. vbi adhuc
relatione quorundā. quedam diabolice
machinatiōes ebullire videntur. Huc-
uſq̃ in p̃dicta hiſtoria apocripha legun
tur. que v tꝫ recitanda ſint lectoris iudi
cio relinquatur. Nota tñ ꝙ in hiſto-
ria ſcolaſtica legitur. ꝙ pylat⁹ a iudeis
accuſatus eſt apud Tyberiū de violen-
ta innocentū interfectiōe. ⁊ q2 iudeis re-
clamantibus imagines gentiliū in tem-
plo ponebat. ⁊ q2 pecuniam repoſitā in
corbonā in ſuos redigeret vſus. inde fa-
ciens aqueductum in domū ſuam ⁊ ꝓ
his omnibus deportatus eſt in exilium
lugduni vnde oriundus fuerat vt ibi in
obprobrium gentis ſue moreret̃. Potu-
it eſſe ſi tñ illa hiſtoria cōtinet veritateʒ
q2 primo iam edictuʒ dederat vt lugdu-
num iam in exilium deportaretur. ⁊ ꝙ
ante reuerſionem voluſiaʒ ad imperato
rē ibi fuerat deportat⁹. Sed poſtmodū
Tyberius audiens qualiter chriſtū occi
diſſet. ipſuʒ de exilio educi. ⁊ ad ſe romā
adduci fecit. Euſebius autē ⁊ Beda in
ſuis cronicis nō dicunt ipſum in exiliuʒ
relegatum. ſed tñ ꝙ in multas calami-
tates incidēs ꝓpria manu ſe peremit.

## Incipit de festiui

tatibus que occurrūt infra tē-
pus deuiatiōis. quod incepit
ab Adā ⁊ durauit vſq̃ ad Moyſen qđ
tempus repreſentat eccleſia a ſeptuage-
ſima vſq̃ ad paſcha. Sequitur videē de
feſtiuitatibus que eueniunt infra temp⁹
reconciliatiōis. quod temp⁹ repreſentat
eccleſia a paſcha vſq̃ ad octauā penthe-
coſtes.

## Resurrectio chri

ſti tertia die a paſſiōe ipſius fa-
cta eſt. Circa ipſam reſurrectionē do-
minicam ſeptem per ordinem ſunt con-
ſideranda. Primo qualiter verum ſit ꝙ
tribus diebus ⁊ tribus noctib⁹ in ſepul-
cro iacuit ⁊ ī die tertia reſurrexit. Scđo
quare non ſtatim vt mortuus eſt reſur-
rexit. ſed vſq̃ in diem tertium expecta-
uit. Tertio qualiter reſurrexit. Quarto
quare reſurrectionem ſuam accelerauit
nec vſq̃ ad generalem reſurrectionē di-
ſtulit. Quinto propter quid reſurrexit.
Sexto reſurgens quotiens apparuit.

Septio qualiter ſanctos pr̄es q̄ erant in limbo inde eduxit. ⁊ quid ibi egit.

## Circa primū notan

dū φ xp̄s trib⁹ diebus ⁊ trib⁹ noctibus in ſepulcro fuiſſe dr̄ ſm Aug^m. p ſynodochē. vt p̄ma dies accipiat̄ ſm partem ſui extremā. ſcd̄a dies ſm ſe totā ⁊ partē ſui integrā. tertia ſm partē ſui primā. ⁊ ſic erūt tres dies. ⁊ quilibet hoꝝ dierum ſuā noctem habuit p̄cedentē tūc eni ſm Bedā mutat⁹ eſt hic ordo ⁊ curſus dieꝝ ac noctiū. Antea eni dies precedebāt et noctes ſequebant̄. Poſt paſſionē autem hic ordo mutat⁹ eſt. ita φ noctes p̄cedūt ⁊ dies ſequunt̄. Et hoc miſterio ꝯgruit qm̄ hō primo de die gratie cecidit in noctem culpe. per xp̄i autē paſſionem ⁊ reſurrectionē de nocte culpe rediit ad diē gratie.

## Circa ſecundum ſci

endū eſt φ cōueniens fuit vt nō ſtatim qn̄ mortu⁹ fuit xp̄s reſurgeret. ſed vſq; in diē tertiū expectaret. ꝓpter quinq; rōnes. Primo ꝓpter ſignificationē. vt. ſ. ex hoc ſignificaret̄. φ lux ſue mortis curauit noſtraꝫ duplā mortē. ⁊ ideo vna die integra ⁊ duabus noctibus iacuit in ſepulcro. vt p diem intelligat̄ lux ſue mortis. p duas noctes nr̄a duplex mors. Et hanc rationē aſſignat glo. ſup illud Lu. xxiiij. oportuit xp̄m pati ⁊c. Scd̄o ꝓpter ꝓbationem. q2 ſicut in ore duoruꝫ vel triū teſtium ſtat oē verbū. ſic in trib⁹ diebus experit̄ quis oē factuꝫ. ⁊ ideo vt mortē bene ꝓbaret. ⁊ ſe probaſſe oſtenderet. tribus dieb⁹ iacere voluit in ſepulcro. Tertio ꝓpter ſue poteſtatis oſtēſionē. q2 ſi ſtatī reſurrexiſſet non videret̄ poteſtatē hr̄e ponendi aīam ſuā ſic reſurgēdi. Et hec rō videt̄ tangi. j. Cor. xv. ſup illo qm̄ xp̄s mortu⁹ ē pro pctīs nr̄is ſm ſcripturas. ⁊ q2 ſepultus ē ⁊ q2 reſurrexit tertia die ſm ſcripturas. Ideo inq̄t de morte p̄mitt̄ vt ſicut vera mors oſtendit̄. ita vera reſurrectio oſtēdatur.

Quarto ꝓpter reſtaurandoꝝ p̄figurationē. hāc rōnē aſſignat Petr⁹ rauen̄. dicēs. Tres dies eſſe voluit ſue ſepulture. q̄ in celo ſunt reſtauratur⁹. q̄ in terra reparaturus. ⁊ q̄ apud inferos redempturus.

Quinto ꝓpter triplicis ſtat⁹ iuſtoꝝ repn̄tationem. hanc rōnē aſſignat beatus Gregori⁹ ſup Ezech. dicens. Sexta feria xp̄s paſſus ē. ſabbato q̄euit in ſepulcro. dn̄ico aūt die ſurrexit a morte. Preſens eni vita adhuc nobis ſexta feria eſt. q2 in anguſtiis ⁊ dolorib⁹ cruciamur. ſed ſabbato quaſi in ſepulcro quieſcimus. q2 requiē aīe poſt mortē inuenim⁹. dn̄ico autē die a conditione octaua. cū corpore a morte reſurgimus ⁊ in gloria aīe etiam cū carne gaudem⁹. dolor ḡ nos in ſexta. requies in ſeptīa. ⁊ gloria excipit ī octaua. hec Gregori⁹.

## Circa tertium. ſ. q̄li

ter reſurrexit. Notandū φ primo ſurrexit potent̄. q2 virtute ꝓpria. Joh. x. Poteſtatē habeo ponēdi aīam meam ⁊ iteꝝ ſumendi eā. Itē Joh. ij. ſoluite templū hoc ⁊ in tribus dieb⁹ ⁊c. Scd̄o feliciter. q2 depoſita oī miſeria. Math. xxvj. Poſtq̄ autē reſurrexero p̄cedā vos in galileā. Galilea inṫp̄tat̄ trāſmigratio. xp̄s ḡ qn̄ reſurrexit in galileam p̄ceſſit. q2 de miſeria ad gloriā de corruptione ad incorruptionē trāſiuit. Leo papa poſt paſſionē xp̄i ruptis vinculis mortis. infirmitas in v̄tutē. mortalitas in et̄nitateꝫ. cōtumelia trāſiit in gloriā. Tertio vtiliter q2 capta preda. Iere. iiij. Aſcēdit leo de cubili ſuo. ⁊ p̄do gētiū ſe leuauit. Itē Joh. xij. Cū exaltatus fuero a terra aīam. ſ. educendo de limbo. ⁊ corp⁹ de ſepulcro. oīa trahā ad meipſum. Quarto mirabilit̄. q2 clauſo ſepulcro remanēte. ſicut eni clauſo exiſtēte mr̄is vtero exiuit ⁊ ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit. ſic nimirū exiſtēte clauſo ſepulcro. inde exire potuit. Vn̄ legit̄ in hiſtoria ſcolaſtica φ cuidam monacho ſancti Laurētij ext̄ muros anno ab incarnatiōe dn̄i. M. c. x



mirāti de cingulo ſuo quo accinct⁹ erat. inſoluto ⁊ proiecto an̄ illū. vox ī aere facta ē. Sic potuit xp̄s clauſo ꝓdire ſepulcro. Quinto veraciter. q2 in corpore vero ⁊ ꝓprio. Sex autē modis ſe vere reſurrexiſſe ꝓbauit. Primo p angelum q̄ nō mentit̄. Scd̄o per frequentē apparitōeꝫ. p hec duo oſtendit ſe vere reſurrexiſſe. Tertio p comeſtiōeꝫ. p qd̄ ꝓbauit φ nō arte magica. Quarto p palpationē p qd̄ ꝓbauit φ in vero corpore. Quinto p cicatricū oſtēſionē. p qd̄ ꝓbauit φ in eodē corpore ī q̄ mortu⁹ fuit. Sexto p domus ianuis clauſis īgreſſionē p qd̄ oſtendit φ glorificat⁹ ſurrexit. Ne eni oēs dubitatiōes circa xp̄i reſurrexionē vident̄ fuiſſe in diſcipulis. Sexto īmortaliter. q2 nūq̄ decetero moriturus. Ro. vj. Xp̄s reſurgēs ex mortuis iā non morit̄ ⁊c. Dixit tn̄ Dyoniſi⁹ in ep̄la ad demophiluꝫ. xp̄m etiā poſt aſcēſionē cuidā ſcō viro noīe Carpo dixiſſe. parat⁹ eſſem rurſus ꝓ hoīb⁹ ſaluandis pati. Per qd̄ videt̄ φ ſi poſſibile eſſet adhuc ꝓ hoīb⁹ mori parat⁹ eſſet. Retulit eni predict⁹ Carpus vir mire ſanctitatis btō Dyoniſio: vt in eadē epiſtola ꝯtinet̄: φ cū quidā infideliū quendā fidelē p̄uertiſſet. adeo Carpus moleſte tulit vt ex hoc infirmitateꝫ incurrēt. Tāte aūt ſcītatis erat vt nūq̄ celebraret qn̄ ſibi celeſtis viſio inferret̄. Sꝫ cū vtriuſq; ꝯuerſione orare deberet. deū tn̄ quotidie exorabat: vt cōbuſtione quadā amboꝝ ſil̄ īmiſericordit̄ abrumperet vitas. Et ecce circa noctis mediuꝫ dū euigilaret ⁊ hāc orōnē faceret. ſubito dom⁹ in q̄ erāt in duo diuiſa fuit. ⁊ q̄dā fornax īmēſa ibideꝫ apparuit. reſpiciēſq; rurſum vidit celū apertū ⁊ ibidē ih̄m circūdatū multitudīe angeloꝝ deinde iuxͣ fornacē p̄dicti duo viri tremuli ſtare vident̄. q̄ a ſerpentib⁹ de fornace ꝓcedentib⁹. morſib⁹ ⁊ inuolutionib⁹ violent̄ in fornacē trahebant̄. necnō ⁊ a q̄buſdam aliis viris īpingebāt̄. Hec vidēs Carp⁹ adeo in eoꝝ vindicta delectabat̄ vt ſupernā quidē viſionē intueri cōtēneret. ⁊ ī

eoꝝ vindicta tot⁹ intētus maneret ita φ plurimū moleſte ferebat φ in fornaceꝫ nō cito cadebāt. Tādē cū difficult̄ in celū reſpexiſſet ⁊ p̄dictā viſionē vt pri⁹ vidiſſet. ecce ih̄s hoīuꝫ illorū miſert⁹ ex ſup celeſti throno ſurrexit. ⁊ vſq; ad illos cū multitudine angeloꝝ deſcendēs. manū extēdit. ⁊ ipſos eripuit. Dixitq; ih̄s Carpo. manu extēta percute ꝯ me decetero parat⁹ ſū eni rurſus ſi neceſſitas exigēt ꝓ hoībus ſaluādis pati. ⁊ h° mihi amicū non φ alij peccēt hoīes. Hāc aūt viſiōeꝫ quā recitat Dyoniſius gratia hui⁹ verbi poſuimus.

## Circa quartum qua

re nō expectauit cū aliis reſurgē qn̄. ſ. fiet generalis reſurrectio. Sciendum ē φ ꝓpter tres rōnes noluit differre. Primo ꝓpt̄ corporꝭ dignitatē. Cū eni illud corp⁹ eſſet digniſſimū. ex eo φ erat deificatū. ſiue diuinitate vnitū. non fuit decens vt tādiu ſub puluere iacēt. Vn̄ p̄s. Nō dab ſcm̄ tuū videre corruptione. i. corp⁹ ſctīficatū. i. deificatū videre corruptionē. Itē p̄s. Surge dn̄e ī requiē tuaꝫ tu ⁊ archa ſctīficatiōis tue. ⁊ vocatur archa ſctīficatiōis corp⁹ illud qd̄ fuit cōtētiuū diuinitatis. Scd̄o ꝓpt̄ fidei firmitatē. ſi eni tūc nō ſurrexiſſet fides periſſet. nec verꝫ deū eū aliq̄s credidiſſet. Qd̄ patet ex h° φ in paſſiōe excepta btā v̄gine omnes fidem amiſerunt. Sed cognita reſurrectione ipſam recuperauerunt. j. Cor. xv. Si chriſtus non ſurrexit inanis ē predicatio noſtra. inanis eſt fides noſtra. Tertio ꝓpter noſtre reſurrectionis exemplaritatē. Raro eni inueniretur qui reſurrectioneꝫ futuram ſperaret. niſi eam in exemplo p̄ceſſiſſe videret Et propter hoc dicit apoſtolus. q2 ſi chriſtus reſurrexit. ⁊ nos reſurgem⁹. q2 eius reſurrectio eſt cauſa exemplarꝭ noſtre reſurrectionis. Grego⁹. Exēplo dn̄s monſtrauit qd̄ ꝓmiſit ī p̄mio. vt ſic oēs ip̄m reſurrexiſſe fideles cog̃noſcerēt. ita ī ſeipſis in fine mūdi om̄ia reſurrectionis ſpera

rexit. Idem nõ plus ꝙ triduanā eē mor
tē voluit: ne ſi in illo reſurrectio differre
tur. in nobis oĩno deſperaret. Ideo ha=
bemus ſpē reſurrectiõis noſtre cõſidera
ta gloria capitis noſtri.

## Circa quintum. ſ. ꝓ

pter qđ reſurrexit. Sciēm ꝙ ꝓpē q̄ttuor
magnas vtilitates nr̄as reſurrexit. Eſt
enī ei⁹ reſurrectio opās iuſtificatiõez pec
catoꝝ. docēs nouitatem moꝝ. generans
ſpē de redēptione remunerandoꝝ. ⁊ cau
ſans reſurrectionez omniū. De p̄mo ad
Ro. iiij. traditus ē ꝓpter delicta noſtra.
⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtraz.
De ſcđo ad Ro. vj. Sic xp̄s reſurrexit a
mortuis per gloriā patr̄. ita ⁊ nos in no
uitate vite ambulem⁹. De tertio. j. Pe. ij
Qui ꝓpter magnā miſericordiā ſuam re
ſuſcitauit nos in ſpez vite. p reſurrectio=
nē chriſti a mortuis. De quarto. j. Coꝝ.
xv. Xp̄s dominus reſurrexit a mortuis
primitie dormiētiū. qm̄ quidē per homi
nem mors ⁊ per hoīem reſurrectio mor=
tuoꝝ. Et notandū ꝙ ſicut patet per p̄
dicta. xp̄s in ſua reſurrectiõe q̄tuor ha=
buit ꝓpria. Primū eſt ꝙ noſtra reſurre=
ctio vſq3 in finem differt. ſua vō die ter
tia celebrata eſt. Scđm q2 nos per illum
reſurgimus ille vō per ſe. Vñ Ambro.
Quō potuit adiutoriū ſui corporis que
rere ſuſcitādi qui alios ſuſcitauit. Ter=
tiū eſt q2 nos incineramur. ſed corp⁹ ei⁹
incinerari nõ potuit. Quartū eſt q2 ſua
reſurrectio eſt nr̄e reſurrectionis cā effi=
ciens. exemplaris ⁊ ſacramētalis. De pri
ma cauſa glo. ſuper p̄s. ad veſperam de=
morabit̄ flet⁹. ⁊ ad matutinū leticia ⁊c̄.
reſurrectio xp̄i eſt cā efficiēs reſurrectio=
nis noſtre ⁊ aīe in preſenti ⁊ corporis in
futuro. De ſcđa. j. Coꝝ. xv. ſi xp̄s reſur=
rexit ⁊c̄. De tertio. Ro. vj. vt quomodo
xp̄s ⁊c̄.

## Circa ſextuz. ſ. quo

tiens reſurgēs apparuerit. notandū ē ꝙ
ipſa die reſurrectionis apparuit quinq3
vicibus. ⁊ alijs diebus ſequentibus etiā
quinq3 vicibus. Primo enī apparuit
marie magdalene. Jo. xx. Itē Math.
vlti. Surgēs iheſus mane prima ſabba=
ti apparuit p̄mo marie magdalene ⁊c̄.
que typū gerit penitentiū. Voluit autē
primo apparere marie magdalene q̄nq3
de cauſis. Primo q2 ardenti⁹ diligebat.
Lu. vij. Dimiſſa ſunt ei pctā multa ⁊c̄.
Scđo vt oſtēderet ſe mortuū ꝓ peccato
ribus. Math. ix. Non veni vocare iu=
ſtos ⁊c̄. Tertio q2 meretrices p̄cedūt ſa=
piētes in regno celoꝝ. Math. xxj. Amē
dico vobis q2 meretrices ⁊ publicani p̄=
cedēt vos in regno dei. Quarto vt ſicut
mulier fuit nūcia mortis. ita eſſet nūcia
vite ſm̄ glo. Quinto vt vbi abundaret
delictū ſupabundaret ⁊ grā. ſicut dicit̄
ad Ro. v. Scđo apparuit mulierib⁹
redeūtib⁹ a monumēto qñ dixit eis aue=
te. que acceſſerūt ⁊ tenuerūt pedes eius.
Math. vlti. Et typū gerunt humiliuz
quib⁹ dñs apparet. tum rõne ſex⁹. cū rõ=
ne affectus. q2 tenuerunt pedes eius.
Tertio apparuit Symoni ſed vbi aut
qñ neſcit̄. niſi forte qñ redibat a monu=
mēto cū Johē. potuit enī eſſe ꝙ Petrus
a Johe alicubi diuerterit ⁊ ibi dñs ſibi
apparuit. Lu. vlti. Vel forte qñ ad mo
numētū ſolus intrauit. ſicut dicit in hi=
ſtoria ſcolaſtica. vel forte ī cauea ſiue ſpe
lunca. Dicit̄ enī in eadez hiſtoria. ꝙ qñ
xp̄m negauit fugit in cauea. q̄ mō dr̄ gal
licāt⁹. in q̄ p tres dies fleuit. ex eo ꝙ xp̄z
negauit ⁊ ibi xp̄s ſibi apparuit. ⁊ eū con
fortauit. Petr⁹ autē interp̄tat̄ obediēs. ⁊
gerit typū obedientiū. q2 illis dñs appa
ret. Quarto apparuit diſcipulis eun
tibus in emaus. qđ interp̄tat̄ deſideriū
ↄſilij. ⁊ ſignificat paupes xp̄i. q̄ volūt il=
lud conſiliū adimplere. Vade ⁊ vende
oīa ⁊c̄. Quīto apparuit diſcipulis cõ=
gregatl̄ in vnū ⁊ ſignificat religioſos cū
foribus quinq3 ſenſuum clauſos. Joh.
xx. he apperitiões ipſa die reſurrectiõis
facte ſūt. ⁊ has rep̄ntat ſacerdos ī miſſa
q̄nquies ſe vertēs ad ppl'm. ſ3 tcīa verſio
eſt cum ſilētio. q2 ſignificat terciā appa=
ritionē factā Petro q̄ neſcit̄ vbi vel qñ
facta fuerit. Sexto app̄uit. viij. die
diſcipul' ↄgregatl̄ p̄nte tho. q̄ dixerat ſe
nõ credē niſi videret: ⁊ ſignificat heſitā=
tes in fide. Jo. xx. Septīo diſcipulis
piſcātib⁹ ioh. vlt̄. ⁊ ſignificat p̄dicantes
q̄ ſunt piſcatores hoīm. Octauo di=
ſcipulis in monte thabor. Math. vlt̄. ⁊
ſignificat cõtēplatiuos. Quia in p̄dicto
mōte trāſfiguratus fuit. Nono. xj. di
ſcipulis recūbentib⁹ in cenaculo. vbi in
credulitatē eoꝝ ⁊ duriciā cordis expro=
brauit Math. vl. p quos intelligimus
pctōres in vndenario trāſgreſſiõis ꝓpo=
ſitos: q̄s dñs aliqñ viſitat miſericordit̄.
Decīo ⁊ vltīo apparuit diſcipulis ex
iſtentibus in mōte oliueti Luce vlt̄. per
quos ſignificāt̄ miſcðes ⁊ miſericordie
oleū diligētes. De hoc loco aſcendit̄ in
celū: q2 pietas ad oīa valet. ꝓmiſſionez
hñs vite q̄ nunc eſt ⁊ future. j. Thi. iiij.
Sūt ⁊ alie tres apparitões q̄ referunt̄ in
ip̄a die reſurrectõis facte. ſ3 tñ h° ex tex.
nõ hr̄. Pria qua apparuit Jacobo iuſto
id eſt iacobo alphei. de q̄ apparitõe inue
nies in legenda ip̄i⁹ iacobi. Alia q̄ ipſa
die apparuiſſe dr̄ ioſeph. ſicut legit̄ ī euā
gelio Nicodemi: nā cū audiſſent iudei
ꝙ ioſeph corpus ihū a pilato petiſſet. ⁊
ip̄m in monumento ſuo poſuiſſet. īdig
nati aduerſū eū. ip̄m ceperunt. ⁊ in quo
dā cubiculo diligēt clauſo ⁊ ſigillato re
cluſerūt. p⁹ ſabbatū eū occidē volentes.
Et ecce ihs in ip̄a nocte reſurrectõis ſu
ſpēſa domo a q̄tuor angulis ad eū itra=
uit ⁊ faciē ei⁹ extersit: ⁊ oſculū dedit. ⁊ in
de ſaluis ſigillis eū educēs. ī domū ſuā
ī aromatis ip̄m eduxit. Tercia eſt q̄ eā
ceteros v̄gini mr̄i appercuiſſe credit̄. lic3
hoc ab euāgeliſtl̄ taceat̄. h° rõna eccleſia
approbare vidr̄ q̄ ſtatī ip̄a die apud ſan
ctā Mariā celebrat ſtatiõez. Si ei h° iō
nõ credit̄. q2 null⁹ euāgeliſta teſtat̄. ↄñs
ē vt p⁹ reſurrectõz nūq̄ ſibi apparuerit.
q2 vbi vel qñ null⁹ euāgeliſta ediſſerit.
Sed abſit vt talē matrē talis fili⁹ tali ne
gligētia dehonorauerit. S3 iō forſan h°
euāgeliſte ſubticuerūt. q2 eoꝝ fuit offici=
um ſolūmō reſurrectiõis teſtes īducere
mr̄em aūt ad teſtificādū ꝓ filio īducere
eos nõ decuit. ſi eī v̄ba extraneaꝝ femia
rū deliramēta viſa ſunt. quomodo nõ
magl̄ mr̄em ꝓ filij amore crederēt deli=
rare. h° igit̄ euāgeliſte ſcribē noluerunt.
ſed ꝓ ↄſtanti reliq̄rūt. Debuit ei mr̄em
p̄us letificare de reſurrectõe. quā ampli⁹
ceteris ↄſtat doluiſſe de morte. ne mr̄em
p̄tereat q̄ ſic alios ↄſolari feſtinat. Hoc
etiā Ambro. teſtat̄ in li. iij. de v̄gi. dic.
Vidit mr̄ maria reſurrectiõez dñi ⁊ p̄⁹
vidit ⁊ credidit. Vidit maria magda
lena q̄uis adhuc iſta miraret̄. Seduli⁹
quoq3 agēs de xp̄i app̄itione ſic dicit. ſp
v̄go manens hui⁹ ſenſibus aſtans luce
palam dominus prius obtulit.

## De ſeptimo autē et

vltīo q̄liter ſcī p̄res qui erant in limbo
xp̄s eduxit. ⁊ qđ ibi egerit euangeliū ap
te nõ explanauit. Aug. tñ ī quodā ſmo
ne ⁊ nicođ. in ſuo euāgelio aliq̄ten⁹ hoc
oſtendit. Aitem ſcs aug. Mox vt xp̄s
ſp̄m tradidit. vnita ſue deitati anīa ad
inferni ꝓfūda deſcēdit. Cūq3 tenebraꝝ
terminū q̄ſi q̄dā dep̄dator ſplēdidus ac
terribilis attigiſſet. aſpicientes eū impie
ac tartaree legiões territe. inquirere cepe
rūt: dicētes. Vñ ē iſte. tam fortis. tā terri
bilis vl' tā ſplēdid⁹. tā preclar⁹. Mun=
dus ille q̄ nobis ſubdit⁹ fuit. nunq̄ no=
bis talem mortuū miſit. nūq̄ inferis. ta
lia munera deſtinauit. q̄s eſt ḡ iſte q̄ ſic
īntrepid⁹ nr̄os fines īgredit̄: ⁊ non ſolū
nr̄a ſupplicia non veret̄. verūetiā alios
de nr̄is vinculis abſoluit. Ecce ipī qui
ſub nr̄is ſolebāt ſuſpirare tormentis. in
ſultāt nobis de pceptõe ſalutis. ⁊ nõ ſo=
lū iā nihil verent̄ ſ3 inſup nob minant̄.
Nūq̄ h mortui ſic ſupbierūt. nec aliqñ
ſic potuerūt leti eē captiui. Vt qđ h iuſtū
adducē voluiſtis. O p̄nceps nr̄. perijt
leticia tua. ī luctū ↄuerſa ſūt gaudia tua
Dū tu xp̄m ſuſpēdis ī ligno. ignoras qñ

ta damna ſuſtinemꝰ i iferno. Poſt iſtas
crudeliū voces īfernaliū. ad impiū dn̄i
oēs ferrei cōfracti ſunt vectes ⁊ ecce innu
merabiles ſc̄toꝝ ppl̄i. eiꝰ genubꝰ ꝓuolu=
ti. lacrimabili voce clamabāt. aduenisti
redēptor mūdi aduenisti quē deſiderātes
q̄tidie expectabamꝰ. deſcēdiſti ꝓ nobis
ad inferos. Noli nob̄ deeſſe cū reuerſus
fueris ad ſupos. Aſcēde dn̄e ihū iferno
expoliato ⁊ auctore mortꝭ ſuis vinculis
irretiato redde iā leticiā mūdo Succur
re iniqunt. iā ſeuas extīgue penas. ⁊ miſe
rendo reſolue captiuos. dū h̄ es abſolue
reos. dū deſcēderis deſcēde tuos: hec Au
gꝰ. In euāgelio aūt Nicod legit̄ ꝙ Ca
rinꝰ ⁊ Leuciꝰ filij Simeonis ſenis cum
x̄po reſurrexerūt: ⁊ anne ⁊ cayphe ⁊ nico
demo ⁊ ioſeph ⁊ gamalieli ab eis adiura
ti. q̄ x̄pus apud inferos geſſit narrauerūt
di. Cū eſſemꝰ cū oībꝰ pr̄ibus nr̄is pr̄iar=
chis in caligine tenebraꝝ. ſubito factus
ē aureꝰ ſolis color purpureuſqꝫ. ⁊ regalis
lux illuſtrās ſup nos. ſtatimqꝫ Adā hu=
mani generꝭ pr̄ exultauit dicēs. Lux iſta
auctoris ē lumīs ſempiterni. q̄ nob̄ ꝓmi
ſit mittere lumē coeternū ſuū. Et excla=
mauit Yſaias. Hec ē lux pr̄is. filius dei
ſicut p̄dixi cū eſſem viuꝰ i terris. ppl̄us
q̄ ambulabat i tenebris. vidit lucem ma
gnā. Tūc ſuppuenit genitor nr̄ ſymeon.
⁊ exultans dixit. Glificate dn̄m qr ego
x̄pm infantē natū i manibꝰ ſuſcepi in tē
plo ⁊ cōpulſus ſpū ſc̄to dixi. Nūc dimit
tis ſuū tuū dn̄e ſm v̄bū tuū in pace ⁊c̄.
Poſt hoc ſupuenit q̄dam h̄emi cultor ⁊
iterrogatꝰ a nobis q̄s eſſet: dixit ego ſuꝫ
io h̄es q̄ x̄pm baptiſaui. ⁊ ante ip̄m pare
uias eius p̄iui ⁊ ip̄m oſtendi digito: di.
Ecce agnꝰ dei ⁊c̄. ⁊ deſcendi nūciare vo
bis. qr in ꝓxio ē x̄pm viſitare nos. Tūc
ſeth dixit. Cū iuiſſem ad portas padiſi
rogare dn̄m vt trāſmitteret mihi angelū
ſuū. vt daret mihi de oleo miſericordie
vt inungerē corpꝰ pr̄is mei Ade cū eſſet
īfirmus. apparuit mihi Michael ange
lus dei di. Noli laborare lacrimis oran
do ꝓpter oleum ligni miſc̄die. qr nullo
mō poteris de illo accipe. niſi qn̄ cōpleti
fuerint q̄nqꝫ milia q̄ngenti āni. Hec au
dientes oēs pr̄iarche ⁊ ꝓphete exultaue=
rūt magna exultatione. Tūc ſathan pn
ceps ⁊ dux mortis dixit ad inferū. Pre=
para te ſuſcipe ih̄m. q̄ ſe gl̄iat̄ x̄pm filiū
dei eſſe ⁊ hō eſt timens mortē dicēs. Tri
ſtis ē aīa mea vſqꝫ ad mortem ⁊ multos
quos feci ſurdos ſanauit. ⁊ claudos ere=
xit. R̄ndit īferos dixit. Si potēs es tu
q̄lis eſt hō ille ih̄us. q̄ timēs mortē potē
tie tue aduerſat̄. Nam ſi dicit ſe time=
re mortē cape te vult: ⁊ ve tibi erit ſem
piterna ſecula. Cui ſathan: ego illū tēp=
taui. ⁊ populū aduerſū illū excitaui. iaꝫ
lanceā exacui. fel ⁊ acetū miſcui. ligṅuꝫ
crucis p̄paui. in ꝓxio ē mors eiꝰ ⁊ pdu=
cā eū ad te Cui inferꝰ ꝯiuro te p v̄tutes
tuas ⁊ meas. ne pducas eū ad me. Ego
n̄ cū audiui impiū verbi eiꝰ cōtremui.
nec ip̄m lazarū ꝯtinere potui. ſed excuti
ens ſe vt aq̄la ſup omnē agilitatē ſaliens
exiuit a nobis. Et cū hec loq̄ret̄ facta ē
vox vt tonitruū dicens. Tollite portas
p̄ncipes vr̄as ⁊ eleuamini porte eterna=
les ⁊ introbit rex gl̄ie. Ad hāc vocē con=
curterūt demones ⁊ oſtia enea cū vectibꝰ
ferreis clauſerūt. Tūc dixit dauid. Nō
ne ego ꝓphetizaui dices. cōfiteant̄ dn̄o
miſc̄die ⁊c̄. qr ꝯtriuit portas ereas. ⁊ ve=
ctes ferreas ꝯfregit ⁊c̄. facta ē iterū vox
magna di. Tollite por. ⁊c̄. Vidēs infe=
rus. ꝙ duabꝰ vicibꝰ exclamauerat. qua=
ſi ignorās dixit. Quis ē iſte rex gl̄ie Cui
dauid. dn̄s fortis ⁊ potēs dn̄s potens in
p̄lio ip̄e eſt rex glorie. Tunc rex glorie
ſupuenit. ⁊ eternas tenebras illuſtrauit
⁊ extendens dn̄s manū: ⁊ tenens dexte=
rā Ade ⁊ dixit. Pax tibi cum oībꝰ filijs
iuſtis meis. Et aſcendit dn̄s ab inferis.
⁊ omnes ſancti ſunt eū ſecuti. Dn̄s autē
tenēs manū ade tradidit michaeli arch
angelo. ⁊ introduxit eos in paradiſum.
Quibus occurrerūt duo viri vetuſti die
rum ⁊ interrogati ſūt a ſanctꝭ. Qui eſtis
vos qui nobiſcū i inferis mortui nōdū
fuiſtis: et in paradiſo corpe collocati eſtꝭ
Et reſpōdit vnꝰ ex eis Ego ſum enoch
qui huc trāſlatꝰ ſum. hic aūt eſt helias.



qui huc curru igneo aſſumptus eſt: ⁊ ad
huc mortē nō guſtauimꝰ ſed in aduen=
tū antix̄pi reſeruati ſumꝰ cū eo p̄liaturi
⁊ ab eo occidendi. ⁊ poſt triduū ⁊ dimi
dium diem i nubibꝰ aſſumendi. Et cuꝫ
hec diceret. ecce ſupuenit alius vir por=
tans in humeris crucis ſignū. Qui iter
rogatꝰ quis eſſet: dixit. Ego latro fui et
cū ihesu crucifixus fui. Et credidi ip̄m
eſſe creatorē. ⁊ oraui dicens. Memento
mei dn̄e qn̄ venerꝭ in regnū tuū. Tunc
dixit mihi. Amē dico tibi hodie mecuꝫ
eris in paradiſo. ⁊ dedit mihi iſtud cru=
cis ſignū di. Hoc portās ambula in pa
radiſum. ⁊ ſi nō dimiſerit te ingredi an
gelus cuſtos paradiſi. Oſtende illi ſig=
nū crucis ⁊ dicēs ad illū. Quia x̄ps qui
nūc crucifixus ē. trāſmiſit me. Et cū hec
feciſſꝫ ⁊ dixiſſꝫ āgelo ſtatī ap̄ies introdu
xit me. ⁊ ad dextrā padiſi collocauit me.
Cum hec carinus ⁊ leuciꝰ locuti fuiſſent
ſubito trāſfigurati ſūt: ⁊ ampliꝰ viſi nō ſūt
Greg. q̄qꝫ nicenꝰ vel Aug. ſm quoſ=
dā libros. de hoc cōdē ſic ait. Confeſtim
eterna nox inferoꝝ x̄po deſcēdēte reſplē
duit. mox ferruginei ianitores talia īter
ſe vmbroſa ſilentia metu incubante ſub
murmurant. Quis nāqꝫ ē iſte terribilis.
⁊ nimio ſplēdore choruſcās. Nunq̄ ta=
lē nr̄ accepit tartarus. Nunq̄ ī noſtraꝫ
cauernā talē euomuit mundꝰ. Inuaſor
ē iſte nō debitor effractor ē ⁊ deſtructor.
nō peccator ſꝫ p̄dator. Iudiceꝫ videmꝰ
non ſupplicē. venit pugnare non ſuccū=
bere. eripere non manere.

## Ecūdus dicitur

quaſi ſe cōdens. i. ſe honeſte mo
rū ꝯponens. Vel ſecūdus dr̄ quaſi ſecū
dans. i. obſecūdans. i. mandatis dn̄i ob
tēperās. Vel ſecūdus quaſi ſecū dux. fu=
it ei ſuus dux. qr rō ſenſualitati bene p̄=
fuit. ⁊ ipſum ad omne opꝰ bonū pduxit
Vel ſecūdus dicit̄ reſpectu primi. Due
ei ſunt vie eūdi ad vitā. Prīa p pn̄ie la=
mentū. Sc̄da p martiriū. Iſte aūt mar
tir precioſus nō iuit ſolum p p̄imā ſed
etiam per ſecundam.

## Ecundus miles

ſtrenuus ⁊ athleta x̄pi egregius
martirqꝫ dn̄i gl̄ioſus in ciuitate aſteñ.
martirio coronatus eſt. Cuiꝰ gl̄oſa pre=
ſētia p̄dicta ciuitas illuſtrat̄: ⁊ eo velut
ſingulari p̄rono letat̄. Hic a beato calo
cero q̄ a ſapricio p̄fecto in ciuitate aſteñ.
in carcere tenebat̄. fidem x̄pi edoctus ē
Cū igit̄ b. martianus in tridonēſi ciui=
tate detineret̄ in carcere ſapriciꝰ illuc ꝓ=
ficiſci voluit vt eū faceret imolare. Se=
cūdus aūt tanq̄ cauſa ſolatij ſecum eſt
ꝓfectus b. martianū videre deſiderās.
Cū ergo ex ciuitatē aſtenſem fuiſſent. co
lumba ſup ſecunduꝫ deſcendit. ⁊ capiti
eius inſedit. Cui dixit ſapriciꝰ. Vide ſe=
cunde quō dij noſtri te amant. vt etiam
aues celeſtes ad te viſitandū trāſmittāt
Cū aūt ad tanagrū fluuiū peruenissent.
vidit ſecūdus angelū dn̄i ſup aquā am=
bulantē. ⁊ ſibi dicentē. Secūde fidē ha=
beas. ⁊ ſic ſuper ydoloꝝ cultores ābu=
labis. Cui ſapriciꝰ. Frater ſecūde deos
audio ad te loquentes. Cui ſecundus.
ambulemus ad deſideria cordis noſtri.
Cū vero ad burimā flumē peruenissent
angelus ſimiliter ibidē ſibi apparuit. ei
qꝫ dixit. Secunde credis in deū an forte
dubitas. Cui ſecundus. Credo veritatē
paſſionis eius. Cui ſapricius. Quid eſt
qd̄ audio? Cum aūt tridonā ingredere=
tur marcianus ad p̄ceptū angeli de car=
cere exiens ſecundo apparuit. eiqꝫ dixit
Intra ſecunde viā veritatis. ⁊ perge vt
accipias palmam fidei. Sapricius dixit
Quis eſt hoc q̄ nobis quaſi ſomniās lo
quitur. Cui ſecundus. Tibi ſomnium
ſed mihi admonitio ⁊ ꝯfortatio ē. Poſt
hoc Secūdus modiolanum iuit ⁊ fau=
ſtinum ⁊ ionitam qui in carcere detine=
bantur angelus dn̄i ad ſecūdū extra ci=
uitatem adduxit ⁊ ab eis baptiſma qua
dam nube aquam prebente ſuſcepit. Et
ecce ſubito columba de celo venit. corpꝰ
et ſanguinem dn̄i deferens ea fauſtino

ꝛionice tribuit. Dedit aūt fauſtin⁹ cor=
pus ⁊ ſanguinem domini ſecūdo vt ad
marcianū deferret. Rediens igitur ſecū
dus cum iam nox eſſet ⁊ ad ripam padi
veniſſet. angelus dñi frenū accipiens eq̄
ſuper padū ipſum tranſuexit. ⁊ vſqꝫ ad
tridonā in carcerē ad marcianū eū itro=
duxit. Deditqꝫ ſecundus marceano mu
nus fauſtini. ⁊ ipe illud ſumēs dixit. cor
pus ⁊ ſanguis dñi mecū ſit in vitā eter=
nam. Tunc ad mandatū angeli ſecūd⁹
de carcere exiuit. ⁊ ad ſuū hoſpiciū iuit.
Poſt hoc marcian⁹ capitalē ſniam exce=
pit. Et ſecundus corp⁹ ei⁹ rapiens ſepe=
liuit. Quod audiens ſapricius ipm̄ ad
ſe vocauit eiqꝫ dixit. Quantū video. xpi
anū te eſſe profiteris. Cui ſecūdus. Ue
re xpianum profiteor me eſſe. cui ſapri=
cius malā mortē deſideras. Cui ſecūd⁹
Illa tibi potius debet̄. Cūqꝫ ſacrificare
nollet iuſſit eū expoliari. Statimqꝫ an=
gelus dñi ibi affuit. ⁊ veſtē ſibi parauit.
Tunc ſapricı⁹ eū in eculeū ſuſpenſum
tādiu torqueri fecit donec ei⁹ brachia a
ſuis cōpaginibus ſoluerent̄. Sed cū fu
iſſet ſanitati ab dño reſtitut⁹. iuſſit eum
in carcerem recludi. vbi dū eſſet angel⁹
dñi ad euꝫ venit. eiqꝫ dixit. Surge ſecū
de ſequere me ⁊ ducā te ad creatorē tuū
tunc ipm̄ vſqꝫ in ciuitatem aſteſem per=
duxit ⁊ eū in cuſtodia vbi erat calocer⁹.
⁊ ſaluator cū eo poſuit. Quē videns ſe=
cūdus ad ei⁹ pedes ſe ꝓiecit. Cui ſalua=
tor. Noli timere ſecunde. quia ego ſum
dñs deus tuus. qui te de omnib⁹ malis
eripiam. Benedicenſqꝫ eis aſcendit ī ce
lū. Mane igitur ſapricius ad carcerem
miſit. qui carcerem quidem ſignatū iue
nerunt. ſecūdū vero nō inuenerūt. Per
gens aūt ſapricı⁹ de tridona ad ciuitatē
aſteñ. vt ſaltē calocerū puniret. iuſſit vt
predict⁹ calocerus ſibi preſentaret̄. ⁊ ec=
cē nunciauerunt ſibi ꝙ ſecūdus cū calo=
cero eſſet. quo audito eos ad ſe adduci
fecit. eiſqꝫ dixit. Qm̄ dij noſtri ſciūt vos
eſſe contemptores ſuos vos in ſimul mo
ri volunt. Cū aūt ſacrificare nollent. pi=
cem cum reſina liquari fecit. et ſup eorū
capita fundi. ⁊ in os eoꝝ iactari. Illi au
tem hoc tanꝗ aquam ſuauiſſimā cū ma
gno deſiderio bibebant ⁊ voce clara di=
cebant. Quā dulcia faucibus meis elo=
quia tua dñe. Tūc ſapricius ſup eos de
dit ſententiā vt ſecund⁹ in ciuitate aſtē=
ſi decollaret̄ calocer⁹ vero albigarium
mitteret̄. ⁊ ibidem puniret̄. Cū aūt be.
ſecundus decollatus fuiſſet. ecce angelꝰ
dñi corpus eius tulerūt. ⁊ ipm̄ cū mult̄
laudibus ⁊ cantu ſepulture dederunt.
Paſſus eſt autem. iij. kal. aprilis.

# Aria egyptiaca

que peccatrix appellatur. xlvij.
annis in heremo. artiſſimā vitam duxit
quā circa annū dñi. cdxx. tpe claudij in
trauit. Quidā aūt abbas noīe zozimas
dum iordanem tranſiſſet ⁊ heremū ma
gnū percurreret. ſi forte aliquē ſanctuꝫ
patrem inueniret. vidit q̄udam ambu=
lantē nudo nigroqꝫ corpore. ⁊ ex incen=
dio ſolis exuſto. hec aūt erat maria egy=
ptiaca. Statimqꝫ hec fugam arripuit ⁊
zozimas poſt eam: velocius currere cepit
Tunc ait illa. Abba zozima quid me ꝑ=
ſequeris. Ignoſce mihi non poſſum fa=
ciem meam ad te conuertere eo ꝙ muli=
er ſim et nuda. ſed palliū tuū mihi porri
ge. vt poſſim ſine verecundia te videre.
Qui ſe nominari audiens. ſtupefactus
pallium tribuit. ⁊ in terram proſtratus.
vt ſe benediceret. rogauit. Cui illa. Ad
te pater benedictio magis ſpectat. quem
ſacerdotij dignitas exornat. Ille autē
vt audiuit ꝙ nomen ⁊ officium eius ſci=
ret. amplius mirabatur. ⁊ ſe benedici ob
nixius precabatur. Tunc illa. Benedi=
ctus deus redemptor animaruꝫ noſtra
rum. Cumqꝫ illa extenſis manibus ora
ret vidit eam quaſi vnius cubiti menſu
ram eleuari a terra. Tunc ſenex dubita
re cepit. ne forte ſpiritus eſſet. ⁊ fingēdo
orationem faceret. Cui illa. Satiſfaciat
tibi deus: qui me peccatricem mulierem
immundum ſpiritum exiſtimaſti. Tūc
zozimas illam ꝑ deum cōiurauit vt con
ditionē ſuam ei narrare deberet. Cui il=
la. Ignoſce mihi pater. q2 ſi tibi ſtatum
meum narrauero. velut a ſerpente terri=
tus fugies. ⁊ aures tue a ſmonib⁹ meis
cōtaminabuntur ⁊ aera ſordibus pollu
etur. Cūqꝫ ille vehementer īſtaret dixit.
Ego frater in egipto nata ſum. xij. etat̄
mee anno. alexandriam veni. ibiqꝫ. xvij
ānis publice libidini mee ſubieci. ⁊ nul
li vllatenus me negaui. Cū autē homi=
nes regiōis illius ꝓ adorāda ſancta cru
ce iheroſolimam aſcenderēt. rogaui nau
tas vt me ſecum mitterent ꝓficiſci. Cuꝫ
vero me de naulo requirerent dixi. Nō
habeo fratres aliud nauluꝫ. ſed ꝓ nau=
lo corpus habeatis meum. Sicqꝫ ſump
ſerunt me ⁊ corpus meum nauli gratia
habuerunt. Cū autē iheroſolimam per
ueniſſem. ⁊ pro adoranda cruce vſqꝫ ad
fores eccleſie cū alijs deueniſſem. ſubito
⁊ inuiſibiliter repulſaꝫ patior. nec intus
intrare permittor. Iterum aūt atqꝫ ite=
rum perueni vſqꝫ ad limen ianue. ⁊ ſub
ito iniuriam patiebar repulſe: Cum cē
omnes liberum haberent aditū. nec ali=
qd̄ inuenirent impedimentū. Rediens
igitur ad me ⁊ cogitans. ꝙ hoc mihi ob
ſcelerū meoꝝ immanitatem accideret. pe
ct⁹ meū cepi manibus tūdere. lacrimas
amariſſimas fundere ⁊ a cordis intimo
grauiter ſuſpirare. Reſpicienſqꝫ vidi ibi
imaginem beate virginis marie. Tunc
ipſam lacrimabiliter exorare cepi. vt pec
catorū meoꝝ veniā impetraret: ⁊ ad ad=
orandā crucem ſanctā me itrare permit=
teret. promittens me ſeculo abrenuncia
turam. ⁊ de cetero caſte manſurā. Cūqꝫ
hec oraſſem ⁊ in nomine beate virginis
fiduciam recepiſſem. fores iterū eccleſie
adij ⁊ ſine aliquo impedimento eccleſiā
intraui. Cū autem ſanctam crucem de=
uotiſſime adoraſſem. quidam mihi tres
nūmmos tribuit de quibus tres panes
emi. audiuiqꝫ vocē dicentē mihi. Si ior=
danem tranſieris ſalua eris. Iordanem
igitur tranſiui ⁊ in hoc deſertum veni.
vbi. xlvij. ānis nulluꝫ penitus hoīem vi
dens mā ſi. Illi aū tres panes quos me
cuꝫ detuli. inſtar lapidis ꝑ tēpora dura=
uerunt. ⁊. xlvij. annis mihi ex his come
dēdo ſuffecerūt. veſtimēta āt mea iam
dudū putrefacta ſt̄. xvij. ānis in hoc de
ſerto a tētatiōib⁹ carnalib⁹ moleſtata fui
ſed nunc per dei gratiam oēs vici. Ecce
omnia opa mea tibi narraui. ⁊ rogo vt
ꝓ me ad deum preces fundas. Tunc ſe
nex ad terram proſtratus ī famula ſua
dominum benedixit. Cui illa. Obſecro
te vt in die dominice cene ad iordanem
redeas. ⁊ corpus dominicū tecum feras.
ego ibidem tibi occurrā. ⁊ de manu tua
corpus ſacrum ſuſcipiam. Nam a die q̄
huc veni cōmunionē domini non acce=
pi. Rediens igitur ſenex ad monaſteriū
euoluto anno dum dies dominice cene
appropinquaret tulit corpus dominicū
⁊ vſqꝫ ad ripā iordanis veniens. ex alia
ꝑte ripe mulierem ſtātem ꝑſpexit. Que
ſup aquas facta cruc̄ ſignaculo iuit ad
ſenem vſqꝫ ꝑuenit. Quam videns ſenex
obſtupuit ⁊ ad pedes eius humiliter ſe
ꝓſtrauit. Cui illa. Uide ne defeceris cū
ſacramenta dominica penes te habeas
⁊ ſacerdotij dignitate refulgeas: ſed ob=
ſecro vt ſequenti anno ad me pater redi
re digneris. Tūc illa facto ſigno crucis
ſuper iordanis aquas iuit: ⁊ heremi ſoli
tudinem petiuit. Senex vero ad ſuum
monaſterium rediens ſequēti anno ad
locum in quo primo ſecum locutus fue
rat venit. ⁊ eam ibidē expiraſſe reperit.
Qui lacrimari cepit. ⁊ ipſam tangere nō
preſumpſit. Dixitqꝫ itra ſe. Ego quidē
corpuſculū ſancte ſepelire volebam ſed
timeo ne hoc ſibi diſpliceat. Hec eo cogi
tante. vidit iuxta caput ſuum litteras
in terra deſcriptas ita continentes. Se
peli zozima marie corpuſculum: redde
terre puluerē ſuum ⁊ ora pro me ad do
minum ad cuius preceptum ſecūda die
aprilis reliqui hoc ſeculum. Tūc ſenex
pro certo cognouit ꝙ mox vt domini
ſacramentū accepit. ⁊ ad deſertuꝫ redijt

vitam finiuit. Illudqꝫ deſertum quod
zozimas per .xxx. dierum ſpacia vix am
bulauit. illa in vna hora percurrit. ⁊ ad
deum migrauit. Cūqꝫ ſenex terrā fode-
ret ſed nequiret. vidit leonem ad ſe ve-
nientem manſuete dixitqꝫ illi. Sancta
hec mulier precepit ſepeliri corpus ſuū
⁊ ego cum ſim ſenex. fodere non poſſum
nec etiam aptum habeo ferramētū. Tu
ergo terraꝫ fode. vt poſſimus eius corpꝰ
ſanctiſſimum ſepelire. Tunc leo cepit fo
dere. ⁊ aptam foueam preparauit. Quo
pacto. leo vt agnꝰ māſuetꝰ abijt. et ſenex
ad ſuū monaſteriū glorificās deū venit.

## Ambroſius dici

tur ab ambra que ē ſpecies val-
de redolens ⁊ precioſa. Ipſe eni eccleſie
valde precioſus extitit. ⁊ in dictis ⁊ in fa
ctis ſuis valde redoleuit. Vel dicit am-
broſius ab ambra ⁊ ſyos quod eſt deus
quaſi ambra dei. Deus nanqꝫ per eum
quaſi per ambrā vbiqꝫ redolet. fuit eni
⁊ eſt bonus odor xpi in omni loco. Vel
dicit ab ambona quod ē pater luminis
et ſyor quod ē paruulꝰ. qꝛ pater in mul
torum filioꝝ ſpirituali generatōe. lumio
ſus i ſacre ſcripture expoſitiōe. ⁊ paruu-
los in ſua humili ꝯuerſatiōe. Vel ſicut
dr̄ in gloſario ambroſius odor vel ſapor
xpi celeſtis. ambroſia eſca angelorū am-
broſiū celeſte mellis fauum. fuit eni cele
ſtis odor. ꝑ odoriferam famam. ſapor ꝑ
cōtemplationem in terram. celeſte mel-
lis fauum ꝑ dulcē ſcripturarū expoſitio
nem. Eſca angelica per glorioſam frui-
tionem. Eius vitam ſcripſit paulinꝰ mo
lanus epiſcopus ad auguſtinum.

## Ambroſius filius

ambroſij p̄fecti rome. cū in cuna
bulis in atrio ꝑtorij eſſet poſitus et dor-
miret. examen apum ſubito adueniens.
faciem eius et os ita compleuit. vt quaſi
in alueolum ſuum intrarent pariter et
exirent. Que poſtea euolantes in tantaꝫ
aeris altitudinē ſubleuate ſūt. vt huma
nis oculis minime viderent. Quo perꝰ-
acto territus pr̄ ait. Si vixerit infātulꝰ
iſte. aliquid magni erit. Poſtea cū ado-
leuiſſet. ⁊ videret matrē ⁊ ſororē ſacram
virginem manus ſacerdotibus oſculari
ipe ludens ſorori dexteram offerebat. aſ-
ſerens et ſibi id ab eo fieri oportere. illa
v̄o vt adoleſcentē ⁊ neſcientē qd diceret
reſpuebat. Rome igitur litteris eruditꝰ
cū cauſas ꝑtorij ſplēdide pozaret a valē
tino impatore ad regēdā liguriā emiliā
qꝫ prouinciam directus eſt. Cūqꝫ medio
lanum veniſſet ⁊ ibidem eps tunc deeſ-
ſet. cōuenit ppl's. vt ſibi de epō ꝓuidēt.
Sed cū inter arrianos ⁊ catholicos de
eligendo epō ſeditio nō modica oriret.
illuc ambro. cā ſedande ſeditionis pre-
xit. ⁊ ſtatim vox infantis ĩſonuit: di. am
broſiū epiſcopū. Cuiꝰ voci omnes vna
nimiter cōſenſerūt ambroſiū epiſcopuꝫ
acclamantes. Quo illo cognito vt eos
a ſe terroribus remoueret. eccleſiā exiēs.
tribunal cōſcendit. ⁊ cōtra cōſuetudinē
ſuā tormēta ꝑſonis adhiberi iuſſit. Qđ
cū faceret populus nihilominus accla-
mabat peccatū tuum ſuper nos. Tunc
ille turbatus domū redijt ⁊ phiam ꝓfi
teri voluit. Quod vt ne faceret reuocatꝰ
eſt. publicas mulieres publice ad ſe igre
di fecit. vt his viſis ab eius electione po
pulū reuocaret. Sed cū nec ꝓficeret. ſed
ſemper populū peccatum tuuꝫ ſuꝑ nos
acclamare videret. fugam media nocte
petijt. Cūqꝫ ticinum pergere ſe putaret.
mane ad portaꝫ ciuitatis mediolanēſ
que romana dicit: inuenit. Qui inuentꝰ
cū cuſtodiret a populo. miſſa relatio eſt
ad clementiſſimū imperatorem valenti
nianuꝫ. Qui ſummo gaudio accepit. ꝙ
iudices a ſe directi ad ſacerdotiū peterēt
tur. Letabat ei probus p̄fectus ꝙ v̄buꝫ
ſuum fuerat in eo adimpletuꝫ. Dixerat
enim cū proficiſcenti mandata donaret
vade age non vt iudex ſed vt epiſcopus
Pendente relatōne iterū abſcondit. ſed
inuentus cum adhuc eſſet cathecuminꝰ
baptizatur. ⁊. viij. die in epiſcopalem
cathedrā ſublimat. Cum autē poſt an
nos quatuor romā iuiſſet. ⁊ ſoror ſua ſa



cra virgo eius dexteram oſcularet. ſubri
dens ait. ecce vt dicebam tibi. ſacerdotꝫ
manum oſculaberis. Cū aute in qndā
ciuitatem pro quodā epiſcopo ordinā-
do iuiſſet. ⁊ eius electiōi iuſtina impera-
trix. ⁊ alij heretici cōtradicerent. volen-
tes vt aliquis de ſua ſecta ordinaret. vna
de arrianarū virginibus impudentior
ceteris. tribunal ꝯſcēdit. ⁊ beatū ambro
ſiū ꝑ veſtimentū apphendit. volēs ipm
ad ꝑtem mulieꝝ trahere. vt ab eis ceſus
de eccleſia cū iniuria pelleret. Cui am-
broſius ait. Et ſi ego indignus ſum tā-
to ſacerdotio. tibi tamē nō conuenit in
qualemcūqꝫ ſacerdotē manus inijcere.
Unde timere debuiſti iudicium dei ne
tibi aliquid ꝯtingat. Quod dictū exitꝰ
cōfirmauit. nam die alio mortuā ad ſe-
pulcrū vſqꝫ deduxit. grām ꝓ ꝯtumelia
rependens. Qđ factum omnes valde ꝑ
terruit. Poſt hoc mediolanū reuer-
ſus. innumeras inſidias a iuſtina impe
ratrice ꝑtulit. muneribus ⁊ honoribus
aduerſus eū populos excitāte. Cū ergo
multi eū in exiliū pellere niterent. vnꝰ
eorū ceteris infelicior. in tantū furorē ex
citatus eſt. vt iuxta eccleſiam domū ſibi
locaret. ac in ea quadrigā. paratam habe-
ret. quo procurāte. Iuſtina facilius rap
tū ad exiliū deportaret. ſed dei iudicio
ipō die quo eū rapere arbitrabat. in ea-
dem quadriga de eadem domo in exili-
um pulſus eſt. Cui tñ ambroſiꝰ reddēs
bona pro malis. ſumptꝰ ⁊ neceſſaria mi
niſtrauit. Cantus ⁊ officium in eccleſia
mediolanēſi celebrari inſtituit. Erāt
⁊ tunc temporis mediolani multi a de-
monibus obſeſſi: qui ſe torqueri ab am-
broſio magnis vocibus clamabant. Iu
ſtina aūt ⁊ mlt'i arrianoꝝ cū inſimul ha
bitaret dicebant ambroſiū pecunia ho-
mines ꝯꝑare. qui ſe ab immundis ſpiri
tibus vexari mentirētur. ⁊ ab ambroſio
dicerēt ſe torqueri. Tūc ſubito vnꝰ ex il
lis arrianis qui aſtabat arreptꝰ a demo-
nio. in medium proſiliuit. atqꝫ clamare
cepit. Utinam ſic torqueant vt torque-
or qui non credunt ambroſio. At illi cō
fuſi in piſcinam dimerſuꝫ hominem ne-
cauerunt. Quidā hereticus acerrimꝰ
diſputator. ⁊ durus incōuertibilis ad fi
dem cum audiret ambroſiū p̄dicantem
vidit angelū ad aures eius loquētē ver
ba que populo predicabat. quo viſo fi-
deꝫ quā perſequebatur cepit defendere.
Quidā aruſpex demones aduocabat
⁊ ipſos ad nocēdū ambroſio tranſmitte
bat. ſed reuerſi demones renūciabāt. ꝙ
non ſolum ad ipm. ſed nec etiam ad fo-
res domus ſue appropinquare valebāt
quoniam ignis inſeꝑabilis omne illud
edificiū ꝯmuniret. vt etiam longe poſiti
vrerentur. Predictus vero aruſpex cuꝫ
a iudice propter qdam malefica torq̄-
retur. clamabat amplius ab ambroſio ſe
torqueri. Quēdā demoniacū medio
lanū ingredientē demon dimiſit. egre-
dientem inuaſit. Interrogatus de hoc
demon ait ambroſium ſe timere. Alius
qdam nocte eius cubiculū adijt. vt gla-
dio ipſum necaret. p̄ce ac precio a iuſtina
inductus. ſed cū dextera gladiū eleuaſ-
ſet. vt ipm ꝑcuteret. ꝯtinuo aruit manꝰ
eius. Quidā a demonio arreptꝰ cla-
mare cepit ab ambroſio ſe torqueri. Cui
ambroſiꝰ. Obmuteſce dyabole qꝛ te nō
torquet ambroſius. ſꝫ tua inuidia. qꝛ il
luc homines aſcendere cōſpicis vnde tu
turpiter corruiſti. naꝫ ambroſius neſcit
iflari. ac ille ſtatim obmutuit. Quadā
vice cū be. ambroſius ꝑ ciuitatē ꝑgeret.
qdā caſu lapſus eſt. ⁊ in terra proſtratus
iacebat. qđ vidēs alter ridere cepit. Cui
ambroſiꝰ. Et tu qui ſtas vide ne cadas
quo dicto ſtatim lapſum doluit ſuū qui
riſerat alienū. Quadam etiā vice am
broſius ad palatiū macedonij magiſtri
officioruꝫ. vt ꝓ quodā intercederet: ve-
nit. ſed cū fores clauſas inueniſſet nec in
trandi copiā habere potuiſſet: ait. ⁊ tu q̇-
dem venies ad eccleſiaꝫ ⁊ nō clauſis ſed
apertis ianuis ĩgredi nō valebis. Elap-
ſa aliquo tpe metuēs inimicos macedo
niꝰ ad eccleſiā fugit. ⁊ patentibꝰ ianuis.

ãditū reperire non potuit. Fuit etiaꝫ tante abſtinentie ꝙ quotidie niſi in ſabbato ⁊ die dñico ⁊ feſtis p̄cipuis ieiunabat. Tante etiā largitatis erat. ꝙ omnia que habere poterat. eccleſijs ⁊ pauperibꝰ nil ſibi retinens tribuebat. Tante cōpaſſionis. vt cū aliquis lapſum ſuum ſibi cōfitebatur. ſic amariſſime flebat ꝙ illū ſil'r flere cōpellebat. Tante humilitatis ac laboris vt libros quos dictabat ꝓpria manu ſcribebatur. niſi cū infirmitate corporis grauaret̄. Tante aūt pietatis ⁊ dulcedinis. vt cū alicuius ſancti ſacerdotis vel epiſcopi ſibi obitus nunciaret̄. ſic amariſſime flebat vt vix ↄſolari valeret. Cū aūt interrogaret̄ cur viros ſanctos qui ad gloriaꝫ ꝓficiſcebant̄ ſic fleret aiebat. Ne putetis me flere ꝙ receſſerint. ſed q2 me p̄ceſſerint. ⁊ q2 difficile inuenit̄ qui tam dignus eius officio habeatur. Tante etiā ↄſtantie ⁊ fortitudinis. ꝙ īpatoris vel principū vicia nō palpabat. ſed eos voce libera ↄſtantiſſime arguebat. Cū quidam vir quondā flagitiū ꝑpetraſſꝫ. ⁊ corā eo adductꝰ fuiſſet. dixit ambroſius. oportet illū tradi ſathane in interitū carnis. ne talia deinceps audeat ꝑpetrare. quem eodem momento cū adhuc ſmo eſſet in ore eius. ſpūs immundus diſcerpe cepit. Quadā vice: vt aiunt. cū be. ambroſiꝰ romā ꝑgeret. ⁊ ī quadā villa tuſcie apud quendam hominem nimiū locupletē hoſpitatus fuiſſet. illū hominē ſuꝑ ſtatu ſuo ſolicite requiſiuit. Cui ille reſpōdit. Status meꝰ dñe ſemꝑ felix extitit ⁊ gl'ioſus. Ecce ei diuitijs infinitis abundo. ſuos ⁊ famulas q̄ plures habeo copioſaꝫ filiorū ⁊ nepotū turbā poſſideo. ⁊ omīa ſꝑ ad vota habui. nec vnq̄ mihi aliquid aduerſum accidit. vel qd̄ ↄtriſtaret euenit. Quod audiens ambroſius vehemēter obſtupuit. ⁊ his qui erant ſecū in comitatu dixit. Surgite q̄nto citius fugiamus. q2 dñs nō eſt in loco iſto. Feſtinate filij feſtinate. nec in fugiendo moram facite: ne nos hic diuina vltio apprehendat. ⁊ in p̄ctis illorūꝫ pariter nos inuoluat. cū ergo fugerent ⁊ aliquātulū ꝓceſſiſſent. ſubito ſe terra aperuit. ⁊ hominē illū cū vniuerſis qui ad illū ꝑtinebant ita abſorbuit vt nullū inde veſtigiū remaneret. qd̄ cernens ambroſiꝰ: dixit. Ecce fratres q̄ miſericorditer deus pcit. cū hic aduerſa tribuit. ⁊ q̄ ſeuere iraſcitur cum ſꝑ ꝓſpera elargitur. In eodē autē loco. fouea quedā ꝓfūdiſſima remanſiſſe d2. que vſqꝫ hodie in huiꝰ facti teſtimoniū ꝑſeuerat. Cū aūt ambroſius radicē omniū maloꝝ auariciā. magis ac magis in hominibꝰ creſcere cerneret. et maxime in his qui erant in poteſtatibus cōſtituti. apud quos omnia p̄cio vendebant̄. nec nō ⁊ in his qui erant ſacris miſterijs deputati. vehemēter ingemuit. ⁊ ſe de huius ſeculi erumna liberari inſtātiꝰ exorauit. Qd̄ cū ſe id obtinuiſſe gauderet. reuelauit fratribus ꝙ vſqꝫ ad reſurrectionē dominicā cū eis eſſet. Ante vero paucos dies. q̄ lectulo detineretur cū .xliiij. p̄s. cū notorio dictaret. ſubito ipo vidente notorio ī modū ſcuti breuis ignis caput eius operuit. atqꝫ paulatim ꝑ os eius tanq̄ in domū habitator intrauit. Tunc facies eius tanq̄ nix effecta eſt ſed poſtmodū ad ſuā ſpeciem reuerſa ē. Ipo igit̄ die ſcribendi ⁊ dictandi finem fecit. nec ipm pſalmū explere potuit. pꝰ paucos igit̄ dies infirmitate corporis laborare cepit. Tunc comes ytalie cū mediolani eſſet. nobiles ↄuocauit dicens. ꝙ tanto viro recedēte periculo eſſet. ne ytalie interitus īmineret. Rogauitqꝫ vt ad viꝝ dei accederēt rogātes vt ſibi adhuc ſpaciū viuendi vno anno a dño impetraret. Quod ille vt ab illis audiuit. reſpondit. Nō ita inter vos vixi vt me viuere pudeat nec mori timeo cū bonū dñm habeamus. Eo tpe quatuor eiꝰ dyaconi inuicem ↄuenerūt tractātes inter ſe. quis poſt eius obitum bonus eſſet ep̄us. Cū ergo a loco in quo vir dei ambro. iactabat lōge eēnt ⁊ ſimplicianum ita ſilent̄ noīaſſet vt vix inuicē ſe audirēt ille ab eis longe poſitus tercio exclamauit ſenex. ſed bonus. Quod audientes. territi fugerunt ⁊ nō niſi illuꝫ poſt eius obitum elegerunt. In loco aūt in quo iactabat vidit ihm ad ſe venientem ⁊ ſibi vultu alacri arridentem.

Honoratus vō ep̄s v̄cellenſ q̄ beati ambroſij obitū expectabat cuꝫ ſe ſopori dediſſet. vocē tercio ſe clamātis audiuit Surge q2 modo ē receſſurus. Qui conſurgēs mediolanū ↄcitus venit. ⁊ ei dominici corporis ſacrm̄ dedit. Moxqꝫ ille manus in modū crucis expandit ⁊ vltimū ſpiritū īter verba orōnis efflauit. Floruit aūt circa annū dñi. ccclxx. Cum aūt in nocte paſce corpꝰ eius ad eccleſiā fuiſſet delatū. plīmi infantes baptizati eū viderūt. ita vt aliqui eū ſedentem in cathedra in tribunali dicerēt. Alij aſcēdente digito ſuis parentibus demōſtrarēt. nōnulli vero ſtellā ſuꝑ corpus eius ſe videre narrarent. Quidā preſbiter cū in cōuiuio cū multis alijs eſſet ⁊ ſancto ambro: detrahere cepiſſet. eū cōtinue diuina plaga ꝑculit ⁊ de cōuiuio ad lectū ductus vitaꝫ finiuit. In vrbe carthaginenſi. cū tres ep̄i ſimul ↄuiuarent; et vnus eoꝝ b. ambro. detraxiſſet. relatuꝫ eſt qd̄ illi preſbitero q̄ ſibi detraxe. at accidiſſet. Qd̄ cū ille vilipenderet ſubito letale vulnus accepit. ⁊ extremum continuo diem clauſit.

Notandū ꝙ be. amb̄. in multis ↄmendabilis fuiſſe videtur. Pͥo in liberalitate. q2 omnia que habebat pauperꝝ erāt Unde refert de ſeipo. ꝙ imperatori petenti baſilicā ſic reſpondit ⁊ habet̄ in canone ↄuenior. xxiij. q. viij. ſi a me peteret qd̄ meū eēt. i. fundū meū. argentū meū ⁊ huiuſmodi meū nō refragarer quāq̄ oīa que mea ſunt pauperꝝ ſunt. Scd̄o īmūdicie puritate. fuit enī virgo. Un̄ refert hiero. eū dixiſſe v̄ginitatē nō ſoluꝫ efferimus ſed ſuamꝰ. Tercio in fidei firmitate. vnde dixit. cū impator peteret baſilicā ⁊ eſt in eodē ca. ꝑus eſt vt aīam mihi q̄ fidem auferat. Quarto ī martirij auiditate. Unde legit̄ in epiſtola ſua de baſilica nō tradenda ꝙ prepoſitꝰ valentiniani ambro. mandauit: di. Tu ↄtemnis valentinianū caput tibi tollo. Cui ambro. Deꝰ ꝑmittat tibi vt facias q̄ minaris. atqꝫ vtinā deus auertat eos ab eccleſia in me aūt omnia tela ſua conuertāt. ⁊ meo ſanguine ſitim ſuā expleāt

Quinto in orōnis ↄſtantia. Unde d2 de eo vt habet̄ ī li. xj. hiſtorie ecc'. Ambroſiꝰ aduerſū regie furorē nō ſe manu defenſabat aut telo ſed ieiunijs ⁊ ↄtinuatis vigilijs. ſub altare poſitꝰ ꝑ obſecratiōes defenſorē ſibi atqꝫ eccīe deū ꝑabat.

Sexto in lacrimarū abundantia. habuit eī tria genera lacrimaꝝ. ſ. lacrimas compunctiōis ꝓ alioꝝ culpis. Un̄ dicit paulinus de eo in legēda; ꝙ cū aliq̄s lapſum ſibi ↄfitebat̄. ſic amariſſime flebat ꝙ illū flere ſil'r ↄpellebat. Lacrīas deuotōis ꝓ eternis deſiderijs. Und̄ ſupra dictū ē a paulino. ꝙ cū īterrogabat̄ cur ſāctos qui moriebant̄ ſic fleret: Reſpondit. ne me putetis flere ꝙ deceſſerūt. ſed ꝙ me ad gloriā p̄ceſſerūt. Lacrimas cōpaſſiōis ꝓ aliorū iniurijs. Un̄ ipe dicit de ſe. ⁊ eīn decreto ī ſuperiori ca. aduerſus milites gothos lacrīe mee arma ſūt mea. talia eī munimēta ſacerdotis ſunt aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere.

Septīo in forti ↄſtātia. cuiꝰ ↄſtantia maxime ī tribus apparet. Pͥmo in defēſione catholice veritatis. vn̄ d2 in. li. xj ecc'. hyſtorie. ꝙ Iuſtina mater valentiniani impatoris arriano hereſeos alūna ↄturbare cepit ecclaꝝ ſtatū cōminari ſacerdotibus depulſiōes ⁊ exilia. niſi ariminenſes cōcilij decreta reuocarēt. quo bello eccleſie murū ac turrim validiſſimam pulſabat ambroſium. In eius q̄ꝫ prefatione ſic de eo cātatur. tāta ambroſium virtute ↄſtantie ſolidaſti tāto munere celitus decoraſti. vt per euꝫ excluſa torquerēt̄ demonia arrianorū impietas ꝓpulſa tabeſceret: ac ſecularium principū colla tuo iugo ſubacta redderēt̄ humilia. Scd̄o in tuitiōe eccleſiaſtice liber

tatis. vnde cum imperator auferre vel-
let quandã baſilicã oppoſuit ſe ambro.
ↄ impatorem: ſicut ipſe teſtatur. ⁊ eſt in
p̃allegato decreto. xxiij. q. viij. Cõueni-
or ipſe a comitibus vt p̃ me baſilice fie-
ret matura traditio: dicentibus impera-
torẽ iuſſiſſe iure ſuo tradi debẽ. Rñdi.
Si matrimoniũ petit inuadite. ſi corpꝰ
occurrã vultis in vincula rape. vultis in
mortem voluntatis eſt mihi. Nota ego
me vallabo circumfuſione populorum:
nec altaria tenebo vitã obſecrans. ſed ꝓ
altaribus gratius imolabor. mãdat tra-
dere baſilicã. vrgemur itaqȝ preceptꝭ re-
galibꝰ. ſed cõfirmamur ſcripture ſermo-
nibꝰ q̃ rñdit. Tanq̃ vna ex inſipientibꝰ
locuta es. Noli grauare te impator vt pu-
tes in ea q̃ diuina ſunt ius habere. Ad
impatorẽ pallatia ꝑtinẽt ad ſacerdotes
eccĩe. Sanctus naboth vineã ſuo ꝓprio
cruore defendit. ſi ille vineam ſuã non
tradidit nos tradem ꝯ xp̃i ecclĩam. tri-
butũ ceſaris ẽ nõ negetꝰ. ecclĩa dei ẽ. ceſa-
ri vtiqȝ nõ donet. ſi de me aliquid ↄpel-
leret. aut poſceret aut fundꝰ aut domꝰ
aut aurũ aut argentũ id ꝙ iuris mei eſ-
ſet libent̃ offerrẽ. Templo dei nihil poſ-
ſum decerpe: nec detrahere. cũ illud cu-
ſtodiẽdũ nõ decerpẽdũ acceperim. Ter-
cio in obiurgatõe vicij ⁊ omnis iniqui-
tatis. Vñ legit̃ in hyſtoria tripartita ⁊ in
q̃dã cronica: ꝙ olim cũ apud theſaloni-
cã orta ſeditõe q̃dã iudices fuiſſet a po-
pulo lapidati. theodoſiꝰ impator idig-
natus. iuſſit omnes interimi. nocẽtes ab
innocentibꝰ nõ ſecernens. vbi fere qnqȝ
milia hominũ fuẽt occiſa. Cũ igitur im-
perator mediolanũ veniſſet. ⁊ eccleſiã
intrare vellet. occurrit ei ambroſius ad
ianuã. eiqȝ aditũ ꝓhibuit dicẽs. Cur impe-
rator pꝰ cãm tãti furoris non agnoſcis
molem tue p̃ſumptiõis? Sȝ forte reco-
gnitõne pc̃ti ꝓhibet ptãs imperij. decet
te vt vincat rõ ptãtẽ. Princeps es o imp-
ator. ſed ↄſeruoꝝ. Quibꝰ ergo oculis aſpi-
cies cõis dñi templũ quibꝰ pedibus cal-
cabis ſanctũ pauimentũ. Quõ manus
extendens de quibꝰ adhuc ſanguis ſtil-
lat iniuſtꝰ? Quo p̃ſumptõe ore tuo po-
culũ ſanguinis eiꝰ percipies. dũ furore tu-
orũ ſmonũ tantꝰ iniuſte ſit ſanguis ef-
fuſus. Recede ergo recede. ne ſcdo pecca-
to priorẽ neq̃ciã augere contẽdas. Suſci-
pe vinculũ quo te dñs nũc ligauit. eſt eĩ
medicina maxĩa ſanitatis. His ſmoni-
bus impator obediens gemẽs ⁊ flẽs ad
regalia remeauit. Cũ ergo diu in fletu
manſiſſet. Ruffinus magiſter militum
cãm tãte triſticie reqſiuit. Cui ille. Tu
inquit mea mala nõ ſentꝭ. qr ſuis ⁊ mẽ-
dicãtibꝰ aperta ſũt tẽpla. mihi vero ad ea
ingreſſus nõ eſt. Et hec dicens ſingula
ṽba ſingultibꝰ interrumpebat. Cui ruf-
finus. Curro ſi vis ad ambroſiũ. vt tibi
ſoluat vinculũ quo te ligauit. Et ille.
Non poteris ſuadere ambro. qr nõ ve-
rebitur imperialẽ poteſtatẽ. vt legẽ poſ-
ſit preuaricari diuinã. Sed cũ ille ꝓmit-
teret ꝙ eũ flecteret. eũ imperator ire p̃-
cepit ⁊ ipſe poſt paululũ ẽ ſecutus. Mox
aũt vt ambroſius ruffinũ vidit: ait. Im-
pudentiã canũ imitatus es o ruffine. tã-
te vicȝ necis autor exiſtens. ⁊ nunc pu-
dorem ex fronte deterẽs. nõ erubeſcis ↄ
maieſtatẽ latrare diuinã. Cũqȝ ruffinꝰ
ꝓ ipatore ſupplicaſſȝ. ⁊ diceret eũ ſequi
ſupno zelo accẽſus ambroſiꝰ ait. Ego ti-
bi p̃dico. qm̃ ingredi eũ ſacra limina ꝓ-
hibeo. ſi vo ptãtẽ in tirannidẽ mutaue-
rit. necẽ libenter ſuſcipio. Qd̃ cum ruffi-
nus iperatori nũciaſſet pgã iquit ad eũ.
vt iuſtas in faciẽ ↄtumelias recipiã. Cũ
ergo veniſſȝ ⁊ ſua ſolui vĩcula poſtulaſ-
ſet. occurrẽs ambroſiꝰ ⁊ igreſſũ ꝓhibẽs
ait. Quã pñiam oſtendiſti pꝰ tantas ini-
quitates. Et ille tuũ ẽ iponẽ. meũ obtẽ-
perare. Vex cum ipator allegaret ꝙ et
dauid adulteriũ ⁊ homicidiũ ↄmiſiſſet
ait ambr. Qui ſecutꝰ es errãtẽ. ſeq̃re cor-
rigentẽ. Qd̃ ita gratãter ipator ſuſcepit
ꝙ publicã pñiam agẽ nõ recuſauit. Cũ
igit̃ reconciliatꝰ eccleſiã intraſſet. ⁊ itra
cãcellos ſtaret: requirit ambroſius quid
ibi expectaret. Cui cũ diceret ſe ꝑcepto-
rem ſacramentorũ miniſterioꝝ expecta-
re: ait ambro. O impator interiora loca
tm̃ ſacerdotibꝰ ſunt collocata. Egredẽ
igitur ⁊ hãc expectationẽ cũ ceteris cõ-
munẽ habe. Purpura nanqȝ imperato-
res facit nõ ſacerdotes. Cui impator ꝓ-
tinus obediuit. Cũ ergo cõſtantinopo-
lim reuerſus. ext̃ cancellos ſtaret. mãda-
uit ei idẽ eps vt intraret. Et ille ait. Vix
diſcere potui que dĩa imperatoris ⁊ ſa-
cerdotis. Vix enĩ veritatis inueni magi-
ſtrũ. ambroſiũ nanqȝ ſolũ noui vocari
pontificem. Octauo in ſana doctrina
Eius nanqȝ doctrina habet altã ꝓfun-
ditatẽ. Vñ hiero. in li. de. xij. doct. Am-
bro. ſup ꝓfundorũ pennina raptꝰ ⁊ aeris
volucer ꝙ diu in ꝓfundũ ingredit̃ fru-
ctũ de alto capere vidr̃ firmã ſoliditatẽ.
hiero. ibidem. Eius oẽs ſniẽ. fidei ⁊ ec-
cleſie ⁊ omnium ṽtutũ firme ſunt colũ-
be. Elegantẽ ṽtutũ venuſtatẽ. Aug. in
li. ꝺ nuptijs ⁊ ↄtinentia. Pelagius here-
ſiarcha ſic laudat ambro. vt dicat btũs
ambroſiꝰ epo. i cuiꝰ p̃cipue libris roma-
na lucet fides. qui ſcriptoꝝ inter latinos
flos q̃dã emicuit. ⁊ ſubdit Aug. Cuiꝰ fi-
dẽ ⁊ puriſſimũ in ſcripturis ſenſum: ne
inimicus q̃dã auſus ẽ rep̃hẽdere. Ma-
gnã autoritatẽ. qr ãtiqui doctores ſicut
aug. ṽba ſua pro magna auctoritate ha-
bebant. Vñ refert aug. ad ianuariũ. ꝙ
cũ mr̃ eius mirata fuiſſet. cur mediola-
ni ſabbato nõ ieiunarent. ⁊ de hꝰ augu.
ambro. interrogaſſet. ait ambro. Cũ ve-
nio romam ieiuno ſabbato. Sic ⁊ tu ad
quã forte eccleſiã veneris eiꝰ morem ſer-
ua. ſi cuiꝙ nõ inde vis ſcãdalũ eſſe. nec
queq̃ tibi. Et ſubdit augꝰ. Ego de hac
ſniã etiã atqȝ etiã cogitãs ita ſemper ha-
bui tanq̃ eam de celeſti oraculo accepim.
Vita ⁊ paſſio tiburcij ⁊ valeriani ĩ
paſſione ſancte cecilie cõtinetur.

## Eorgius dicitur

a geos qd̃ ẽ terra. ⁊ orge qd̃ ẽ co-
lere. q̃ſi colẽs terrã. i. carnẽ ſuã. Aug. au-
tẽ in li. de trinitate dicit. ꝙ bona terra ẽ
in altitudine montiũ. i temꝑamẽto collium
planicie cãpoꝝ. Pria ei eſt bona ad virẽ-
tes herbas. Secũda ad vineas. Tercia
ad fruges. Sic beatꝰ georgius fuit altꝰ
deſpiciendo iferiora. ⁊ ideo habuit viro-
rem vel viriditatẽ puritatis. Temꝑatus ꝑ
diſcretionẽ: ⁊ ideo habuit vinũ interne
iocunditatis. Planus ꝑ hũilitatẽ: ⁊ ideo
ꝓtulit fruges bone operationis. Vel dr̃ a
gerar qd̃ eſt ſacrũ. ⁊ gyon qd̃ eſt arena.
q̃ſi ſacra arena. Fuit ei arena qr ponde-
roſus morũ grauitate. minutus hũilita-
tate. ⁊ ſiccus a carnali voluptate. Vl' dr̃
a gerar quod eſt ſacrum ⁊ gyon quod ẽ
luctatio. quaſi ſacer luctator. qr luctatꝰ
ẽ cum dracone ⁊ carnifice. Vl' georgius
dr̃ a gero quod ẽ peregrinus ⁊ gir p̃cio-
ſus ⁊ vs cõſiliator. Ipſe ei fuit peregri-
nus in cõtẽptu mundi. precioſus in co-
rona martirij. ⁊ cõſiliator in p̃dicatione
regni. Eius legenda iter ſcripturas apo-
criphas in niceno cõcilio ↄnumeratur.
ex eo ꝙ eius martiriũ certã relationem
non habet. Nã ĩ kalendario bede dicit̃.
ꝙ ſit paſſus in perſida ciuitate dioſpoli.
Alubi legit̃ ꝙ quieſcit in ciuitate dio-
ſpoli q̃ prius lidda vocabat̃. ⁊ ẽ iux̃ Jo-
pen. Alubi legit̃ ꝙ paſſus ſit ſub dyocle-
ciano ⁊ maximiano ipatoribus. Alubi
ꝙ ſub dyocleciano ipatore pſaꝝ pñtibꝰ.
lxx. regibus imperij ſui. Hic aũt ꝙ ſub
daciano p̃ſide. iperantibus dyocleciano
⁊ maximiano.

## Eorgiꝰ tribunꝰ

genere capadox. peruenit q̃dam
vice in ꝓuinciam libie in ciuitatẽ q̃ dr̃
ſilena. iuxta quã ciuitatẽ erat ſtagnũ in-
ſtar maris. ĩ quo draco peſtifer latitabat
qui ſepe populũ contra ſe armatũ in fu-
gã conuerterat. Flatuqȝ ſuo ad muros
ciuitatis accedens. oẽs inficiebat. Qua-
propter cõpulſi ciues duas oues quoti-
die ſibi dabant vt eius furorẽ ſedarent.
Alioquin ſic muros ciuitatis inuade-
bat: ⁊ aerem inficiebat ꝙ plurimi interi-
bant. Cum ergo iã oues pene deficerẽt

maxīe cū harū copiam habere nō poſſet
inito cōſilio oue cū adiūcto hoīe tribue-
bant. Cū igitur ſorte oīm filij ⁊ filie ho-
minū darent̄ ⁊ ſors neminem exciperet.
⁊ iam pene omēs filij ⁊ filie populi eēnt
ꝯſumpti. quadam vice filia regis vnica
ſorte eſt dephenſa. ⁊ draconi adiudica-
ta. Tunc rex contriſtatus ait. Tollite au
rū ⁊ argētū ⁊ dimidiū regni mei. ⁊ filiā
meā mihi dimittite ne taliter moriatur.
Cui populus cū furore reſpondit. Tu
o rex hoc edictū feciſti: ⁊ nunc omēs pue
ri noſtri mortui ſunt. ⁊ tu vis filiam tuā
ſaluare? Niſi in filia tua cōpleueris qđ
in alijs ordinaſti: ſuccendemꝰ te ⁊ domū
tuā. Quod rex audiens cepit filiā ſuā
flere dicēs. heu me filia mea dulciſſima.
quid de te faciā aut qđ dicā? qñ plus vi
debo nuptias tuas? Et ꝯuerſus ad po-
pulū dixit. oro vt inducias octo dierum
lugendi mihi filiā tribuatis. Qđ cū po
pulus admiſiſſet in fine octo dieꝝ reuer
ſus ppłs ē cū furore: dicēs. Quare per-
dis populum ꝓpter filiā tuā? En oms
afflatu draconis morimur. Tunc rex vi
dens ꝙ nō poſſet filiam liberare: induit
eā veſtibꝰ regalibus: ⁊ āplexatus eā cum
lacrimis dixit. Heu me filia mea dulciſ
ſima. de te filios in regali gremio nutri
re credebam: ⁊ nunc vadis vt a dracone
deuoreris. Heu me filia mea dulciſſima
ſperabam ad tuas nuptias ꝑncipes iui
tare. palatium margaritis ornare. tym
pana ⁊ organa audire: ⁊ tunc vadis vt
a dracone deuoreris ⁊ deoſculans dimi
ſit eam: dicēs. Utinam filia mea ego an
te mortuus eſſem ꝙ te ſic amiſiſſē. Tūc
illa ꝓcidit ad pedes prīs. petēs ab eo be
nedictionē ſuā. Quā cū pr̄ cū lacrimis
benedixiſſet ad lacū ꝓceſſit. Quam be.
georgius caſu ibi tranſiens vt plorantē
vidit: eam qđ haberet interrogauit. Et
illa. Bone iuuenis velociter equū aſcē
de ⁊ fuge: ne mecū pariter moriaris. Cui
georgius. Noli timere filia: ſed dic mi-
hi qđ hic ꝑſtolaris omī plebe expectan-
te? Et illa. Ut video bone iuuenis ma-
gnifici cordis es tu. ſed cur mecū mori
deſideras? fuge velociter. Cui georgius
Hinc ego nō diſcedam donec mihi qđ
habeas: intimabis. Cū ergo totū ſibi ex
poſuiſſet ait. georgius. Filia noli time-
re: qr in xp̄i nomine te iuuabo. Et illa.
Bone miles mecū nō pereas. ſufficit eī
ſi ſola pereā. nam me liberare nō poſſes
⁊ mecū pires. Dum hec loquerent̄ ec-
ce draco veniens caput de lacu leuauit.
Tunc puella tremefacta dixit. fuge bo-
ne dn̄e fuge velociter. Tunc georgius
equū aſcendēs. ⁊ cruce ſe muniens dra-
conē ꝯtra ſe venientē audacter aggredit̄.
⁊ lanceā fortiter vibrans: ⁊ ſe deo cōmē
dans ipſū grauiter vulnerauit: ⁊ ad ter
rā deiecit. Dixitqȝ puelle. Proijce zonā
tuam in collum dracōis. nihil dubitās
filia. Quod cum feciſſet ſequebat̄ eā ve-
lut māſuetiſſimus canis. Cū ergo eū
in ciuitatē duceret. populi hoc videtes
per montes ⁊ foueas ceperunt fugere di
centes ve nobis qr iam oēs peribimus.
Tūc beatus georgius annuit eis: dicēs
nolite timere: ad hoc enī me miſit dn̄s
deus ad vos vt a penis vos liberē dra-
conis. Tantummodo in criſtū credite
⁊ vnuſqſqȝ veſtrum baptizetur: ⁊ draco-
nem iſtum occidā. Tunc rex ⁊ omēs po
puli baptizati ſunt. Beatus autē geor-
gius euaginato gladio draconē occidit
⁊ ipſum extra ciuitatem efferri precepit.
Tunc q̄tuor paria boum ipſum ī ma-
gnum campum foras duxerunt. Bapti
zati autem ſunt in illa die viginti milia
hominum exceptis paruulis ⁊ mulieri
bus. Rex autē in honore beate marie ⁊ be
ati georgij eccleſiā mire magnitudinis
ꝯſtruxit. De cuius altari fons viuꝰ ema
nat. cuius potus oēs languidos ſanat.
Rex vero infinitā pecuniā btō georgio
obtulit quā ille recipere nolens paupe-
ribus eam dari precepit.

Tunc beatus georgiꝰ regē de q̄tuor
breuit̄ iſtruxit. ſ. vt eccliaꝝ dei curam ha
beret. ſacerdotes honoraret: diuinū offi
ciū dilig̃ēt audiret. ⁊ ſp pauꝑū memor
eſſet. oſculato rege inde receſſit. In aliq
bus tn̄ libris legit̄ ꝙ dū draco ad deuo-
randū puellā ꝑgeret. georgius ſe cruce
muniuit ⁊ dracone aggrediēs īterfecit.

Eo tp̄e impantibꝰ dyocleciano ⁊ ma
ximiano ſub p̄ſide daciano. tāta pſecu-
tio xp̄ianoꝝ fuit vt infra vnū meſem de
cem ſepte milia martirio coronaret̄. vn̄
int̄ tot tormētoꝝ genera. multi xp̄ianoꝝ
deficiebāt. ⁊ ydolis imolabāt. Qđ vidēs
ſctūs georgius tactus dolore cordis in
triſecus oīa q̄ hēbat diſpſit. militarē ha-
bitū abiecit. xp̄ianoꝝ hitū induit. et in
mediū ꝓſilies exclamauit: oēs dij gētiū
demonia: dn̄s autē fecit celos. Cui p̄ſes
iratus dixit. Qua p̄ſumptiōe audes de-
os nr̄os demonia appellare? Dic tn̄ vn̄
es tu? aut quo noīe voceris? Cui geor-
gius ait. Georgius vocor ex nobili capa
docū ꝓſapia ortus. paleſtinā vo xp̄o fa
uente deuici. ſȝ oīa deſeruit vt ſuire poſ
ſem liberius deo celi. Cū autē p̄ſes eū
ad ſe inclinare nō poſſȝ. iuſſit eū in ecu-
liū leuari: ⁊ mēbratim corpꝰ eius vngu-
lis laniari. Appoſuit̄ inſup ad latera fa-
cibus. patētibꝰ viſceꝝ ī imis ſale plagas
eius fricare iuſſit. Eadē nocte dn̄s cū
ingenti lumine ei apparuit: ⁊ ipm̄ dulci
ter cōfortauit. Cuiꝰ melliflua viſitatio
ne ⁊ allocutione ſic cōfortatus ē: vt pro
nihilo duceret cruciatꝰ. Uidens dacia
nus ꝙ eū penis ſupare nō poſſet. quen-
dam magū accerſiuit eiqȝ dixit. Xp̄iani
ſuis magicis artibus tormēta ludificāt
⁊ deoꝝ noſtroꝝ ſacrificia ꝑuipendunt.
Cui magus. Si artes eius ſupare nequi
uero capitis reus ero. Ipſe igit̄ malefici
js ſuis iniectis ⁊ deoꝝ ſuoꝝ noībus iuo-
catis. venenū vino īmiſcuit: ⁊ ſctō geor-
gio ſumendū porrexit. Cōtra qđ vir dei
ſignū crucis edidit: hauſtoqȝ eo nil leſio
nis ſenſit. Rurſū magus priore fortius
venenū īmiſcuit: qđ vir dei ſigno crucis
edito ſine leſiōe aliq̄ totū bibit. Quo vi
ſo magus ſtatī ad pedes eius cecidit. ve
niā lamētabilit̄ petijt: ⁊ ſe xp̄ianum fieri
poſtulauit. Que mox iudex decollari fe
cit. Sequēti die iuſſit georgiū poni ī ro-
ta. gladijs bis acutis vndiqȝ circūſepta.
Sȝ ſtatī rota frangit̄: ⁊ georgius illeſus
penitus inuenit̄. Tūc iratus p̄ſes iuſſit
eum ī ſartaginē plūbo liq̄facto plenā ꝓij
ci. q̄ facto ſigno crucis ī eā intrauit. ſȝ vtu
te dei cepit ī ea q̄ſi ī balneo refoueri. Qđ
vidēs dacianus cogitauit eū emollire
blāditijs. quē minis ſupare nō poterat
vel tormētis. Dixitqȝ illi. Uides fili ge
orgi. quāte māſuetudinis ſīt dij nr̄i: q̄ te
blaſphemum tā patient̄ ſuſtinēt. pati ni-
hilominus ſi cōuerti volueris indulgē
re. Age ḡ dilectiſſime fili qđ hortor: vt
ſupſtitione relicta dijs nr̄is ſacrifices: vt
magnos ab ipſis ⁊ a nobis cōſeq̄ris ho-
nores. Cui georgius ſubridēs ait. Ut
quid a principio nō magis mihi pſuaſi
ſti blandis ſermōibus ꝙ tormētis? Ec
ce patus ſum facere qđ hortaris. Hac da-
cianus ꝓmiſſione deluſus letus efficit̄.
Iuſſitqȝ ſub voce preconis vt oēs ad ſe
ꝯueniret. ⁊ georgiū tādiu reluctātē. tan
dem cedere ⁊ ſacrificare videret. Orna-
ta igit̄ tota ciuitate ꝑ gaudio. cum geor
gius ydoloꝝ tēplum ſacrificaturus ītra
ret: ⁊ oēs ibidē gaudētes aſtarent. flexis
genubus dn̄m exorauit: vt tēplum cum
ydolis ſic oīno deſtrueret ꝙ tum ad ſui
laudē ⁊ populi cōuerſionē nihil d̄ eo pe
nitus remaneret. Statimqȝ ignis de ce
lo deſcendēs. tēplum cū dijs ⁊ ſacerdo
tibus cōcremauit. terraqȝ ſe aperiēs oēs
eoꝝ reliquias degluciuit. Hic exclamat
ambroſius in p̄fatiōe: dicēs. Georgius
fideliſſimus miles xp̄i dum xp̄ianitatis
ꝓfeſſio ſilentio tegeret̄. ſolus int̄ xp̄ico-
las intrepidus dei filium ē ꝯfeſſus. Cui
⁊ tantā fidei conſtantiā grā diuina con-
ceſſit. vt ⁊ tirānice poteſtatis p̄cepta con
temneret. ⁊ innumerabiliū non formida
ret tormēta penaꝝ. O felix ⁊ inclitus do
mini p̄liator. quē non ſolū tp̄alis regni
blanda nō ꝑſuaſit ꝓmiſſio: ſed ꝑſecuto
re deluſo ſimulacrorum eius potēta in
abyſſum deiecit. hec ambroſiꝰ. Hoc au-
diens dacianus georgiū ad ſe adduci fe

cit. eiq3 dixit. Que ſūt maleficia tua peſſime hoīum. qui tantū facinus cōmiſiſti. Cui georgius. Ne credas rex ſic eſſe ſed mecum pge ⁊ iterū me īmolare vide. Cui ille. Intelligo fraudē tuam. q2 vis me facere abſorberi. ſicut tēplum ⁊ deos meos abſorberi feciſti. Cui georgi9. Dic mihi miſer. Dij tui qui ſe iuuare nō potuerunt. quomō te iuuabunt. Irat9 rex nimis dixit alexandrie vxori ſue. Deficiens moriar: q2 ab hoc hoīe me ſupatum cerno. Cui illa. Tirāne crudelis ⁊ carnifex. nūquid nō dixi tibi ſepius. ne xpianis moleſtus eſſes: q2 deus eoꝝ p ipſis pugnaret. Et nunc ſcias me velle fieri chriſtianam. Stupefactus rex ait. Heu ꝓch dolor. Nunquid ⁊ tu es ſeducta? ffecitq3 eam p capillos ſuſpēdi: ⁊ flagellis duriſſime cedi. Que dum cederet dixit georgio. Georgi lumen veritat9. quo putas peruenia: nondū aqua baptiſmi renata? Cui Georgius. Nihil heſites filia. quia ſanguinis tui effuſio baptiſmus tibi reputabitur ⁊ corona. Tūc illa orans ad dominum emiſit ſpiritū. Huic atteſtatur Ambroſius in prefatōne: dicens. Ob hoc ⁊ gentium regina p ſarum. crudeli a viro dictata ſententia. nondum baptiſmi gratiam conſecuta. glorioſe paſſionis meruit palmam. Unde nec dubitare poſſumus: ꝙ roſea perfuſa ſanguinis vnda. reſeratas poli ianuas ingredi meruit. regnumq3 poſſidere celorum. hec Ambroſius. Sequenti vero die Georgius talem accepit ſententiam. vt per totam ciuitatem traheretur. poſtmodum capite puniretur. Orauit autem ad dominum vt quicunq3 eius imploraret auxilium. petitōnis ſue conſequeretur effectum. Diuina autem vox ad eum venit. ꝙ ſic fieret vt orauit. Completa oratione capitis abſciſiōe martirium conſūmauit. ſub dyocleciano ⁊ maximiano. qui ceperunt circa annum domini ducenteſimū octuageſimū ſeptimū. Dacianus autem cū de loco in quo decollatus eſt: ad palatiū rediret. ignis dei de celo cecidit: ⁊ ipſum cum miniſtris ſuis conſumpſit. Refert gregorius turonenſ. ꝙ cum quidā quaſdam reliquias ſancti georgij deferrent. ⁊ in quodam oratorio hoſpitati fuiſſent. mane nullatenus capſam mouere potuerunt: donec ibi dē reliquiarum particulam miſerunt.

Legitur in hiſtoria anthiocena. ꝙ cū xpiani ad obſedendum hieruſalem pergerent. quidam iuuenis. ſpecioſiſſimus cuidam ſacerdoti apparuit: qui ſanctū georgium ducem xpianorū ē ſe dicens monuit: vt eius reliquias ſecum in hieruſalem deportarent ⁊ ipſe cum eis eēt. Cum autem hieruſalem obſediſſent: et ſaracenis reſiſtentibus per ſcalas aſcēdere non auderent. beatus georgius armis albis indutus. ⁊ cruce rubea inſignitus apparuit: īnuens vt poſt ſe ſecuri aſcēderent: ⁊ ciuitatem obtinerent. Qui ex hoc animati ciuitatē ceperunt. ⁊ ſaracenos occiderunt.

**MArcus interpꝛta**tur ſublimis mandato. certus. declinatus ⁊ amarus. Sublimis mandato. ratione perfectionis in vita. quia non ſolum ſeruauit mandata cōmunia: ſed etiam ſublimia ſicut ſunt conſilia. Certus ratione certitudinis in doctrina quia doctrinam euāgelij ſui certā tradidit: vtpote quā a petro magiſtro ſuo didicit. Declinatus ratione profunde humilitatis. Nam ꝓpter nimiam humilitatem pollicem ſibi amputaſſe dicit: vt ſacerdotio reprobus haberetur. Amarus ratione pene acerbitatis. quia vbiq3 per ciuitatem tractus fuit: ⁊ inter hec tormenta ſpiritum tradidit. Uel marcus dicitur a marcho quod eſt malleus maior: qui quidem eodem ictu ferrum domat. melodiam generat: incudem firmat: ſic marcus vnica doctrina ſui euangelij. domat hereticorum perfidiam. dilatat laudem diuinam confirmat eccleſiam.



**MArc9 euāgeliſta** leuiticus genē: et ſacerdos petri apli i baptiſmate filius: atq3 i diuino ſmone diſcipul9: cū ipſo btō petro romā ꝓfectus eſt. Cū aūt petrus ibidē euāgeliū pdicaret rogauerūt fideles qui erāt rome. beatū marcū vt euāgeliū ad ppetuā fideliū memoriā deberet ꝯſcribere. Qđ ille qdē vt ex ore magri ſui bti Petri audierat. fideli ſtilo cōſcripſit. Petr9 aūt illud diligēt examinās. vbi omnē vitatē plene cōſpexit recipiēdū ab omnibus fidelibus approbauit. Uidēs autē petrus marcū ꝯſtantē in fide. ipm aqlegiā deſtinauit. vbi vbū dei pdicās innumeras gētiū multitudīes ad fidem xpi cōuertit: ac euāgeliū ſuū ſilr ibidē ꝯſcripſiſſe dr̄. qđ qdē vſq3 hodie i acqlegienſi eccia oſtēdit: ⁊ deuotiōe ꝯgrua reſeruat. Tādē .b. marcus acqlegienſem ciuem. ſ. ermagorā. quē ad fidē xpi cōuertit. romā ad petrū adduxit. vt eū aquilegie in epm ꝯſecraret. Suſcepto itaq3 ermagoras pōtificatus officio. cū acquilegienſem ecciam optīe gubernaſſet. tādē ab infidelib9 capit: ⁊ ibidē martirio coronat. Marcus vo a btō petro alexādriā miſſus ē ⁊ ibi pmus vbū dei pdicauit. In pmo āt itroitu ſuo alexādriā vt ait philo. diſertiſſimus iudeorū. maxima multitudo i fide ⁊ deuotiōe ⁊ ꝯtinentie obſuatiōe adunata eſt. Papias quoq3 hieropolitanus eps valde pclara ei9 pconia. pcipuo delucidat ſtilo. Petr9 vo damiani. ſic ait de eo. Tāta ei de9 apud alexandriā gratiā pꝛogauit: vt oēs qui tūc ad fidei rudimenta ꝯfluerēt. mox p ꝯtinētiā actonius ſācte ꝯuerſatiōis inſtantiā. tanꝗ ad monaſtice pfectiōis faſtigiū puolarēt: ad qđ nō mō miraculorū pdigijs. nō mō pdicatiōis eloquijs. ſed etiā eximijs ꝓuocabat exēplis. Et infra. ffactū ē aūt vt poſt mortem petri ad italiā deinde ſit reuerſos: vt terra in qua datū ē ſibi euāgeliū ſcribere, ſacras mererēt eius reliquias poſſidere. Beata es o alexādria. triūphali hoc ſanguine purpurata. felix ⁊ tu italia. corporis huius thezauro diues effecta. Tante aūt hūilitatis dr̄ fuiſſe. vt pollicem ſibi amputauerit: ne ad ordinem ſacerdotij poſſet hūano iudicio ꝓmoueri. Uerū tm̄ diſpoſitio dei ⁊ auctoritas ſcti petri pualuit q ipm alexandriā epm deſtiauit. Mox autē vt alexandriā eſt ingreſſus. ſubito calciamentū eius ruptū ē atq3 ſolutū: qđ in ſpū intelligēs ait. Uere expeditū fecit dn̄s iter meū. nec me ſathanas impedire poterit: quē ab opibus mortuis dn̄s iā abſoluit. Uidens aūt marcus quendā ſutorē vetera cōſuentē. eidem calciamētū tradidit corrigendū. Qđ cū faceret ſiniſtrā manū grauiter vulnerauit: ac forte exclamare cepit. vnus deus. Quo audito vir dei ait. Uere ꝓſperū fecit dn̄s iter meum. factoq3 luto ex ſputo manū eius vnxit: ⁊ cōtinuo ſanitatē recepit. Uidens hō ille tantā eius efficaciam. in domū ſuā illū introduxit. ⁊ qs eſſꝫ vel vñ pcontari cepit. At ille ſeſe domini ieſu ſuū cōfeſſus eſt. Cui ille ait. Uellē ego videre eū. Et marcus. Ego eū tibi demonſtrabo. Incipienſq3 marcus xpm ei euangelizauit: ⁊ ipm cū tota domo ſua baptizauit. Audientes autē viri ciuitat9 illius. quendā galileū qui deoꝝ ſacrificia cōtemneret aduenisſe: ei inſidias poſuerūt. Qđ ille cognoſcens. hominē illū quē curauerat. qui dicebatur Anianus ibidē epiſcopū ordinauit ⁊ ipſe penthapolim pexit. Et cū ibidē duobus annis ſtetiſſet. iterū alexandriā rediit: qui ⁊ iuxta mare i rupibus ecciā cōſtruxerat. in loco qui dicit bucculi: ⁊ fideles ibidē multiplicatos inuēit. Pōtifices aūt temploꝝ eum cōphendere conabant. Cū aūt in ſolēnitate paſchali beatus marcus miſſam celebraret: cōuenerūt illuc oēs ⁊ fune in collo ei9 miſſo. ipſū per ciuitatē trahebant: dicentes Trahamus bubalum ad loca bucculi. Carnes aūt eius in terrā fluebant: ⁊ ſanguine lapides rigabāt. Poſt hoc in car

tere recludit ⁊ ibidem ab angelo cōfoꝛ-tat. Sed ⁊ ipſe dn̄s ieſus xp̄us eū viſitauit: eumqꝫ confoꝛtauit dicens. Pax tibi Marce euangeliſta meus. noli timere: qꝛ ego tecū ſum et eruā te. Mane ergo facto funē iterū collo eius imittūt: ⁊ huc illucqꝫ raptim eū pertrahūt exclamantes. Trahite bubalum ad loca bucculi. Ipſe aūt dū traheret̄ gratias agebat dicens. In manus tuas cōmendo ſpiritū meū: ⁊ hoc dicens ſpm̄ exalauit. ſub Nerone qui cepit circa annū dn̄i quinquageſimūſeptimū. Cū āt pagani cū vellēt comburere. ſubito aer turbat̄. grando exoꝛit̄. tonitrua intonāt. fulguraqꝫ choruſcant. ita vt quilibet euadere niteret̄: ⁊ ſanctū coꝛpus ibidē intantū reliqrūt. xp̄iani vero coꝛpus eius rapuerūt et in eccleſia cū om̄i reuerentia ſepelierūt.

Fuit aūt foꝛma beati marci huiꝰ longo naſu. ſubducto ſupcilio. pulcris oculis recaluaſter. plixa barba. habitudis optime. etatis medie. canos aſperſus. affectiōe continēs. gratia dei plenus. Beatus aūt ambroſius de eo ſic ait. Dū beatus marcus inumeris choꝛuſcaret miraculis. contigit vt ſutoꝛ cui calciamentū tradiderat coꝛrigendū ſiniſtrā ſibi ī eius laboꝛe ꝑtunderet manū. Hic cū inflicto vulnere vnus deus clamauit. dei famulus audiēs: letus affuit. lutū ex ſputo factū accepit. eiuſqꝫ manū inunxit: ſanamqꝫ illico reddidit: ⁊ laboꝛi ecōtra dedit. Illius nempe cuius p̄dicabat euangeliū. ſil'r imitat̄ miraculū: ceci vicꝫ a natiuitate illuīati a dn̄o factū: hec ambroſius. Anno aūt ab incarnatōe dn̄i q̄dringenteſimoſexageſimoſeptimo. Tpe leonis īpatoꝛis. veneti coꝛpus ſācti marci de alexandria venetias tranſtulerunt vbi eccl'ia ī honoꝛe ſācti marci mire pulcritudinis fabꝛicata eſt. Quidā nanqꝫ mercatoꝛes veneti. q̄ alexandriā p̄rexerant duos p̄sbiteros cuſtodes coꝛpis ſancti marci p̄cibus ⁊ p̄miſſionibus induxerunt vt occulte coꝛpus illud tolli permitterēt. ⁊ venetias tranſpoꝛtarent.

Verū cū coꝛpus de tumulo leuaret̄. tantus odoꝛ totā alexādriā ſic perfudit: vt oēs vnde tanta p̄deret odoꝛis ſuauitas mirarentur. Cum aūt nauigarent et qualiter coꝛpus ſancti marci deferrent. alijs manibꝰ reuelaſſent: vnus illoꝝ ait. Foꝛſitan alicuius egiptij coꝛpus vobis datū deferti̅s. ⁊ ſancti marci coꝛpus vos deferre putatis. Continuo igitur nauis in qua erat coꝛpus ſancti marci ꝑ ſeipſam mira celeritate ſe vertit ⁊ in nauē in qua ille reſidebat inſurgēs. lateris partem fregit: non p̄ius illam dimittēs donec omnes ſe ibidē coꝛpus eſſe bti Marci credere acclamarēt. Cum quadam nocte naues curſu velociſſimo ducerēt. ⁊ naute tempeſtate conquaſſati. ⁊ tenebꝛis obuoluti quo pergerēt ignoꝛarent. ſanctus marcus cuidā monacho cuſtodi coꝛpoꝛis ſui apparuit dicēs. Dic omnibus iſtis vt velociter vela deponant: quia non longe a terra diſtant. Quibus depoſitis mane facto ſe iuxta quandam inſulam inuenerunt. Verum cum ꝑ litoꝛa diuerſa tranſirēt ⁊ ſanctum thezaurum omībus occultarēt. veniētes incole conclamabant. o q̄ beati eſtis qui ſancti marci coꝛpꝰ poꝛtatis. Sinite vt ipm̄ ſuppliciter adoꝛemus.

Quidā nauta adhuc omnino incredulus. a demone arripit̄. ⁊ tamdiu vexatur. donec ad coꝛpus ſancti adductꝰ ſe credere confiteret̄. qui liberatus gloꝛiam deo dedit. ⁊ beatū marcū in deuotione magna deinceps habuit.

Quodā tempoꝛe dum coꝛpus ſancti marci intra quandā columnā d' lapidibus marmoꝛeis factā paucis cōſcijs eſſꝫ repoſitū. vt ibi cautius ſeruaret̄: ꝯtigit vt teſtibus illis ex hac luce ſublatis. nemo vbi nā ſanctus eſſet theſaurus poſſꝫ cognoſcere: nec aliquibus indicijs inuenire. Fit ex hoc planctus in clericis. deſolatio ingēs in laicis. meroꝛ iminet vniuerſis. foꝛmidabat ſiquidē plebs deuota: ne patronus tā inclitus furtiue fuiſſꝫ ſublatus. Ideoqꝫ ieiuniū ſolenne indicitur. ꝓceſſio ſolennioꝛ oꝛdinatur. Et ecce cunctis videntibus et ſtupētibus lapides a colūna ꝓſiliūt. et archam vbi coꝛpus eius latebat omnibus euidēter oſtendunt. Mox deuotas laudes agūt creatoꝛi omnium q̄ ſuū eis dignatus eſt reuelare patronum. Sicqꝫ dies illuſtrata tanti ꝓdigij gl'ia. annis decurrentibꝰ poſteris fit feſtiua. Quidam libꝛi habent etiam ſubſcripta miracula.

Circa annū dn̄i. Mccxlj. Apd' papiam in ꝯuētu oꝛdinis fratrū p̄dicatoꝝ fuit quidā frater r̄ligioſus ac ſancte vite iulianus noīe. natione fauentinus. iuuenis coꝛpe: ſed canus mente. qui in infirmitate vltima elaboꝛās. cū p̄ioꝛem domus ſup ſtatu ſuo requirēt: et ille moꝛtē ſibi vicinā iminere diceret. ſtatim facie exhilaratꝰ et manibꝰ et toto coꝛpe plaudens. clamare cepit. date locum fratres. quia p̄e nimia leticie abundantia iā ꝓſiliet anima extra coꝛpus. ex eo q̄ tam iocundos rumoꝛes audiui. et eleuatis in celū manibus. dicere cepit. Educ de carcere animā meā ⁊c̄. Infelix ego homo q̄s me liberabit de coꝛpe moꝛtis huiꝰ. Inter hec ille leui ſomno obdoꝛmiens vidit btm̄ marcū ad ſe veniſſe et ſe iuxta eiꝰ lectulū collocaſſe. ⁊ ecce vox facta eſt ad eum dicens. Quid ibi agis o marce? Et ille. Ad moꝛientē iſtū acceſſi. qꝛ deo eius miniſteriū ē acceptū. Et iterū vox ad eū. Quare inter ceteros ſanctos ad eū maxime tu veniſti? Et ille. Quia ſpecialē in me habuit deuotionē. et locū vbi coꝛpꝰ meū requieſcit. ſedula deuotione viſitauit et iō veni in hoꝛa ſui exitus eū viſitare. Et ecce quidā albati totā domū ipleuerunt. Quibꝰ ait marcꝰ. Quare huc veniſtis? Et illi. Vt iſtiꝰ aiā in ꝯſpectu dn̄i p̄ntemus. Euigilans autē p̄dictꝰ frater ꝓ p̄oꝛe domꝰ: a quo ego iſta audiui: ꝯtinuo miſit. et omnia que viderat ſibi recitans. cum multo gaudio in dn̄o feliciter obdoꝛmiuit.

Dum quidam mercatoꝛes veneti ſuper quandam nauem ſaracenoꝛum alexandriam pergerent. et imminens periculum euidenter viderent. mox ſup ſcapham aſcendunt et funem p̄cidunt. ſtatimqꝫ nauis vi fluctuum reſoluta perijt et vniuerſos ſaracenos vnda voꝛax inuoluit. Vnus autem ex eis beatum marcum inuocans quo potuit ſe aſtrinxit q̄ ſi ſuum ſibi conferret auxilium. et ſacrum baptiſma ſuſciperet. et ipſius limina viſitaret. Mox ſibi vir ſplendidꝰ quidam apparuit. qui ereptum de fluctibus in ſcapha cum ceteris collocauit. Ille autem alexandriam veniens: ſed liberatoꝛi ſuo ingratus exiſtens nec ſancti marci feſtinat ad limina: nec noſtre fidei ſuſcipit ſacramenta. Cui denuo marcus apparuit. et ipſum de ſua ingratitudine increpauit. Rediens igitur ad ſe venetias venit: et ibidem ſacro baptiſmatis fonte renatus. et marcus appellatꝰ. et in xp̄m perfecte credidit. et in bonis operibꝰ vitam finiuit.

Vir quidam dum in ſummitate cāpanilis ſancti marci d' venetijs quoddā operis exerceret. ſubito cadit improuide membꝛatim toto coꝛpe laniatus. in ipo tamen caſu ſuo ſancti marci non immemoꝛ. eius patrocinium imploꝛauit. qui cadens ex inſperato cuidam ligno prominenti ſubſtitit et dato fune illeſus euaſit. et ad opus p̄iſtinum conſummandum deuotus aſſurgit.

Quidam cuiuſdam nobilis ꝓuinci alis tempoꝛaliter ſeruus duꝫ voto aſtrictus coꝛpus ſancti marci viſitare vellet. ſed a domino ſuo licentiam obtinere nō poſſet. tandem timoꝛem carnalis domini timoꝛi celeſtis poſtpoſuit et inſalutato domino ad ſanctum viſitandum deuotus acceſſit. Qd' dominus egre ferens. ipſum reuerſum exoculari mandauit. Fauet et quantotius crudeli domino crudelioꝛes ſatellites. et dei famulum ſanctum marcum inuocantem ad terram proijciunt et acutos palos oculos effodientes apponunt. Sed nihil paloꝛum proficiebant cā nomine. quia in ſe tabe-

ſcebant ſubita fractiõe. Jubet igiť vt ſe
curibus crura frangãť ⁊ pedes pcidanť
ſʒ indomabile ferꝝ ſecuriũ. ptinus mol
leſcit ĩ plumbũ. Jubet malleis ferreis os
⁊ dẽtes ꝯtundi. ſʒ ferꝝ ſue v̾tutis obliui
ſciť ⁊ dei potentia hebetať. Qδ dñs vi=
dens ⁊ ſtupẽs veniã petijt: ⁊ cum ſuo ſe=
pulcrum ſancti marci deuotõne ſedula
viſitauit.

Miles qdã in ꝑlio ſic vulneratus in
brachio vt manus a brachio depẽderet
adeo vt ipſã pcidẽdã medici ⁊ amici cõ=
ſuleret. Jlle v̾o erubeſcẽs fieri mancus.
q̇ cõſueuit hũ tã ꝓbus. manũ ĩ locum
ſuũ reſtitutã pãnis ſine medicãmẽtis li
gari fecit. Jnuocauit igiť btĩ marci ſuf=
fragia: ⁊ manus cõtinuo fuit ſanitati ꝑ=
ſtine reſtituta. ſola tñ cicatrix remãſit: et
in tanti miraculi teſtimonium et in ta=
lis beneficij monimentum.

Vir quidam de ciuitate Mantue
falſo ab inuidis accuſatus. in carcerem
eſt recluſus. qui cum quadraginta dies
pegiſſet ibidẽ. ⁊ nimio afficereť tedio. tã
dem triduano ieiunio ſe macerãs. beati
marci ꝓcinũ inuocauit: q̇ ſibi apparẽs
iubet vt de carcere ſecurus abſcedat. Jl=
le v̾o dormitãs ꝑ tedio neglexit parere
iuſſiõibus ſcti: exiſtimãs illuſionibus ſe
deludi. Deĩde ſcδo ⁊ tãdẽ tercio ſibi ap=
paruit ⁊ eadẽ ſilr̃ impauit. Qui ad ſe re=
diens ⁊ oſtiũ aptũ ꝯſpiciẽs. de carcere ſe=
curus exijt. ⁊ inſtar ſtuppe cõpedes mox
confregit. Jbant igitur die media ꝑ me
diũ cuſtodũ ceterorũqʒ oium. ita vt ipe
cũctos videns a nemine videreť. Qui ve
niens ad ſancti marci tumulum exoluit
deuote debitum gratiarum.

Cum totam apuliam ſterilitas ma=
gna inuaderet. nec terrã illam bñdictio=
nis pluuia irrigaret. reuelatũ eſt ꝙ tali
plaga percutitur eo ꝙ ibi ſancti Marci
feſtiuitas non colatur. Dum igitur ſan=
ctum marcum inuocarent. ⁊ feſtuʒ eius
feſtiue ſe celebraturos promitterent. ſte=
rilitatem ab eis Marcus depulit: ⁊ ſu=
per abundantiam miniſtrauit. dans eiſ
ſalubrem aerem ⁊ pluuiam congruen=
tem.

# Marcellinus ãnis

nouẽ et mẽſibus q̃tuor romanã
ecclĩam rexit. Hic iuſſu dyocleciani et
maximiani capiť. ⁊ ad ſacrificãdũ addu
ciť. Cũ aũt nõ aſſentiret: ⁊ ex hoc diuer
ſoꝝ tormẽtoꝝ genera ſuſtiere debẽt. me=
tu paſſiõis duo grana incẽſi in ſacrificõ
poſuit. Tũc magna adeſt infideliũ leti=
cia ſʒ fideles ingẽs triſticia ꝑcuſſit. Ve=
rũtamẽ in capite infirmato fortiora mẽ=
bra reſurgũt ⁊ minas principũ paruipẽ=
dunt. Tũc fideles ad ſummũ pontificẽ
cõueniũt: ⁊ ipm̃ plurimum redarguũt.
Qδ ille cernẽs. in cõcilio epoꝝ ſe ſuppo=
ſuit iudicãdũ. Ad quẽ illi. Abſit vt ſũ=
mus põtifex ab aliquo iudiceť. ſʒ tu in
te collige cauſã tuã ⁊ ꝓprio ore te diju=
dica. Jpſe autẽ iã penitẽs plurimũ inge
muit. ⁊ ſeipm̃ depoſuit. ſed tñ eum ois
turba iteꝝ relegit. Qδ ceſares audiẽtes.
iteꝝ eũ capi fecerunt: ⁊ dũ nullatenus ſa
crificare vellet. eũ decollari mãdauerũt:
⁊ intantum creuit furor gẽtilis vt infra
mẽſem decẽ ſeptẽ milia xpianoꝝ ꝑime=
renť. Marcellinus aũt dum decapitari
deberet. ſe xpiana ſepultura indignũ eẽ
aſſeruit: ⁊ ideo oẽs q̇ ſe ſepelire pſumerẽt
excõicauit. Quapropter corpus eius in
ſepultũ. xxxv. diebus remãſit. Poſt hoc
btũs petrus apl̃s marcello ſucceſſori ſcti
marcellini apparuit: dicẽs. ffrať marcel
le q̃re nõ ſepelis me? Cui ille: Nõne du
dũ ſepultus es dñe? Cui apl̃s. Me in=
ſepultũ reputo. q̃diu marcellinum inſe
pultũ videro. Cui ille. Nõne dñe no=
ſti: q̇ ille oẽs q̇ eũ ſepeliret: anathemati=
zauit? Cui petrus. Nõne ſcriptuʒ ẽ qui
ſe humiliat: exaltabiť. Vñ hoc attẽde=
re debuiſti. Vade igiť et ipm̃ ad pedes
meos ſepelias. Qui ſtatĩ iuit ⁊ iuſſa lau
dabiliter compleuit.



# Vitalis q̃ſi viuẽs

talis. q̇ qualis viuebat exterius
in ope talis erat intus in corde. Vel vi=
talis a vita. Vel vitalis viuẽs alis. i. tu=
ens ſe alis virtutum. Jpſe eni fuit tanq̃
vnũ de aĩalibus dei q̇ vidit ezechiel ha
bens in ſe quatuor alas. ſ. alã fidei q̃ vo
labat in celũ. alã amoris qua volabat ĩ
deũ. alã timoris qua volabat in infernũ
alã cognitiõis qua volabat in ſeipſum.
Eius paſſio in libello Geruaſij ⁊ Pro=
taſij reperta fuiſſe putať.

# Vitalis miles cõ

ſularis. ex valeria vxore geruaſiũ
⁊ ꝓtaſiũ genuit. Hic cũ paulino iudi=
ce rauennã ingreſſus. cũ quendã ibidẽ
xpianum medicũ nomine vrſianũ poſt
multa tormẽtoꝝ genera iuſſum decolla
ri videret: ⁊ ille medicus nimiũ expauiſ
ſet. exclamauit ad eũ ſanctus vitalis: di
cens. Noli frať vrſiane medice. q̇ alios
curare ꝯſueuiſti teipm̃ eterna morte oc=
cidere. ⁊ q̇ ad palmã ꝑ multas paſſiões
veniſti noli coronaʒ amittere tibi a deo
paratã. Qδ vrſianus audiens conforta
tus eſt ⁊ δ pauore ſuo penitẽs. martiriũ
libenť accepit. Sãctus autẽ vitalis euʒ
honorifice ſepeliri fecit: ⁊ pꝰ hoc ad pau
linũ dñm ſuũ vltra venire ꝯtẽpſit. Jlle
v̾o nimiũ indignatus. tũ q̇ ad ſe veni=
re noluit. tũ q̇ vrſianũ ſacrificare volẽ=
tem retraxit. tũ q̇ xpianũ ſe eſſe oſtẽdit
iuſſit eũ in eculiũ leuari. Cui dixit vita
lis. Stultiſſimus es. ſi me putas decipe
q̇ alios ſp ſtudui liberare. Et ait pauli=
nus miſtris. ducite eũ ad palmã: et ſi ſa=
crificare noluerit: foueã ꝓfũdiſſimã do
nec ꝑuenciritis ad aquã ibidem facite: ⁊
ibi eũ viuũ ⁊ ſupinũ ſepelite. Qδ ⁊ fece
runt ⁊ beatũ vitalẽ ibidẽ viuũ ſepelierť
ſub nerone q̇ cepit circa annuʒ dñi. lvij.
Sacerdos autẽ ydoloꝝ q̇ hoc ꝯſiliũ de
derat: ſtatim a demõe arreptus ꝑ. vii. di
ẽs inſaniens in illo loco exclamabat: di
cens. Jncendis me ſancte vitalis. Die
autẽ ſeptimo in flumen a demone ꝑcipi
tatus: miſerabiliter expirauit. Vxor au
tem ſancti vitalis cum mediolanũ redi
ret: inuenit quoſdã ydolis ĩmolantes q̇
cum eã hortarenť vt ydolis ĩmolata co
mederet. Reſpõdit xpiana ſum. nõ licʒ
mihi de vr̃is ſacrificijs mãducare. Qδ
illi audientes tãdiu eam verberauerũt
ꝙ homines ſui qui cum ea erãt vſqʒ me
diolanum eam ſemiuiuam deduxerunt
vt infra triduum feliciter migrauit ad
dominum.

# Virgo quedã fu

it antiochie. cuius hyſtoriã am=
broſius in ſcδo li. de virginibus recitat
in hec verba: Antiochie nuper virgo q̃
dam fuit. fugitans publici viſus oſtenta
tionem. Sed quo magis virorum vita
bat oculos: aſpectus eo incendebat am=
plius impudicos. Pulcritudo eni audi
ta nec viſa plus deſideratur. duobus ſti
mulis cupiditatum. amoris ⁊ cognitio
nis. dum ⁊ nihil occurrit qδ minus pla
ceat: ⁊ plus putatur eẽ qδ placeat: qδ nõ
videt oculus explorat: ſed animus ama
tor exoptat. Jtaqʒ ſancta virgo. ne diu=
tius alerentur potiendi ſpe cupiditatis:
integritatem pudoris profeſſa: ſic re=
ſtrinxit improborum facies. vt iam nõ
amaretur ſed proderetur. Ecce perſecu
tio. Puella fugere neſcia. certare pau=
da. ne incideret in inſidiatores pudoris
animũ ad virtutem parauit. tam religi=
oſa vt mortem non timeret. tam pudica
vt mortem expectaret. Venit enim coro
ne dies: maxima omniũ expectatio. pro=
ducitur puella duplex profeſſa certamẽ:
⁊ caſtitatis ⁊ religionis. Sʒ vbi viderũt
conſtantiã ꝓfeſſiõis. metũ pudoris. pa
ratã ad cruciatꝰ. erubeſcente ad aſpectꝰ:
excogitare ceperũt quẽadmodũ ſpe caſti
tatis religionem tollerent. vt cum id ab

ſtuliſſent qđ erat amplius. etiam id eri-
perent qđ dereliquerunt aut ſacrificare
virginem. aut lupanari proſtitui iubet.
Quo colunt deos ſuos q ſic vindicant.
aut quemadmodū ipi viuūt q ita iudi-
cant. Hec puella nō q̄ de religione ambi
geret. ſʒ q̄ de pudore trepidaret. ipa ſecū
inqt. Quid h̄ agim⁹? Hodie. aut mar-
tir. aut v̄go. altera nobis inuidet̄ corona.
ſʒ nec virginis nomē agnoſcit̄ vbi virgi
nitatis auctor negat̄. Nā quēadmodū
virgo ſi meretricem colas quēadmodū
v̄go ſi adulteꝝ diligas. quēadmodū vir
go ſi amatorē petas? Tollerabilius eſt
mentē q̄ carnē v̄ginē hr̄e. vtrūqʒ bonuʒ
ſi liceat et ſi nō liceat: ſaltē nō homini ca
ſte. ſʒ deo ſim⁹. Et raab meretrix fuit. ſʒ
poſtq̄ dn̄o credidit. ſalutem iuenit. iu-
dith ſe vt adultero placēt ornauit. q tn̄
qꝛ hoc religiōe nō amore faciebat nemo
eam adulterā iudicabat. Bn̄ ſucceſſit ex
emplū. Nā ſi illa q ſe ↄmiſit religiōi. et
pudorē ſeruauit ⁊ patriā. fortaſſis ⁊ nos
ſeruādo religiōeʒ ſeruabim⁹ etiā caſtita
tem. Qđ ſi iudith pudicitiā religiōi p̄-
ferre voluiſſet. pdita patria etiā pudici-
tiā pdidiſſet. Itaqʒ tlib⁹ īformata exem
plis. ſit aīo tenēs v̄ba dn̄i qb⁹ ait. Qui-
cūqʒ pdiderit aīaʒ ſuā ꝓpter me. īueniet
eā. fleuit ⁊ tacuit. ne eā vl̓ loquētē adul
ter audiret. nec pudoris elegit īiuriā. ſed
xp̄i amore recuſauit. Eſtimate. vtꝝ ad-
ulterare potuit corpe, q̄ nec voce adulte
rauit. Iādudū verecūdabat̄ orō nr̄a. ⁊
q̄i adire geſtoꝝ ſeriē criminoſaʒ atqʒ ex-
planare formidabat. Claudite aures v̄
gīes dei. deducat̄ puella dei ad lupanar.
ſʒ apite aures v̄gines dei. virgo ꝓſtitui
p̄t adulterari nō p̄t. Ubicūqʒ v̄go dei ē.
tēplū dī ē. nec lupanaria īfamāt caſtitatē
ſʒ caſtitas etiā loci abolet īfamiā. Ingēs
petulātiū ↄcurſus fit ad fornicē. Diſci-
te martirū miracula ſancte virgīes. di-
ſcite locoꝝ vocabula. clauditur int⁹ colū-
ba ſtrepūt accipitres foris. certāt ſinguli
q p̄dā prim⁹ īuadat. At illa manib⁹ ad
celū leuatis q̄ſi ad domū orōnis veniſſʒ

nō ad libidinis diuerſoriū. xp̄e inqt do
muiſti virgini feros leones potes doma
re etiam hominū feras mentes. Caldeis
rorauit ignis. iudeis ſeſe vnda ſuſpēdit
miſericordia tua nō natura ſua. Suſan-
na ad ſuppliciū genua flexit. et de adul-
teris triumphauit. Aruit dextra q tem
pli tui dona violabat. Nūc tēpluʒ ipm
attractatur tuum. ne patiaris inceſtuʒ
ſacrilegij. q nō paſſus eſt furtū. Benedi
catur et nūc nomē tuū. vt q ad adulteri
um virgo veni virgo diſcedam. Uix cō
pleuerat oratione. et ecce vir militis ſpē
terribilis irripuit. quēadmodū virgo q̄
tremuit. cui populus tremens ceſſit. ſed
nō illa imemor leonis. et daniel inquit
ſuppliciū ſuſanne ſpectaturus aduene-
rat. et quam populus damnauerat. vn⁹
abſoluit. Poteſt et in hoc lupi habitu o
uis latere. hʒ et xp̄s milites ſuos. q etiā
legiones habet. aut fortaſſe percuſſor in
trauit. ne verearis anima mea. et tales
ſolēt martires facere. O virgo fides tua
te ſaluam fecit. Cui miles. Queſo ne pa-
ueas ſoror. frater huc veni ſaluare ani-
mam. non perdere. ſerua me vt ipſa ſer-
ueris. q. adulter ingreſſus ſi vis martir
egrediar. veſtimenta mutemus. Conue
nerunt enim mihi tua et mea tibi. ſed ex
vtraqʒ xp̄o. Tua .ſ. veſtis me verum mi
litem faciet. et mea te virgineʒ. Bene tu
veſtieris. ego melius exuar. vt me perſe-
cutor agnoſcat. Sume habitum qui ab-
ſcondat feminā. trade qui ↄſecret marti
rem: induere clamidem q occultet mem
bra virginis. et ſeruet pudorem. Sume
pileum qui tegat crines. abſcondat ora.
ſolent erubeſcere qui lupanar īrauerūt
Sane cum egreſſa fueris. ne reſpicias re
tro. memor vxoris loth. q naturam ſuaʒ
quia impudicos licet caſtis oculis aſpe-
xit. amiſit. nec vereare ne quit pereat ſa-
crificio. Ego pro te hoſtiam deo me red
do. tu pro me militem xp̄o habēs bonā
militiam caſtitatis. q ſtipendijs militat
ſempiternis. loricam iuſticie q ſpirituali
munimine corpus induat. ſcutum fidei



quo vulnus repellas. galeā ſalutis. ibi
enī eſt p̄ſidiuʒ nr̄e ſalutis vbi ē xp̄s. qm̄
mulieris caput vir. v̄ginū xp̄us. Et int̄
hec verba clamidē exuit ſuſpectus tn̄ ad
huc hītus ⁊ p ſecutoris ⁊ adulteri: v̄go
ceruicē clamidē cepit miles offerre. Que
pōpa illa que grā cū in lupanari de mar
tirio certarēt: addant̄ pſone miles ⁊ vir
go. Ide diſſiles inter ſe natura: ſʒ dei mi-
ſeratione conſiles vt cōpleat̄ oraculum
Tunc lupi ⁊ agni ſi ſimul paſcent̄. ecce
agnus ⁊ lupus non ſolū ſit paſcunt̄. ſed
etiā immolant̄. Quid pl̓a notato hītu
euolat puella de laqueo. iā nō ſuis alis.
vtpote q ſpūalib⁹ ferebat̄. ⁊ q̄ nulla vn-
q̄ viderūt ſecula. Egredit̄ de lupanari
virgo xp̄i. At illi q videbant oculis ⁊ n̄
videbant corde. ceu raptores ad agnam
lupi fremere ad p̄dam vnus qui erat im
modeſtior introiuit. Sed vt hauſit ocu
lis rei geſtū. Quid hec inquit eſt. puella
ingreſſa eſt: vir videt̄. Ecce nō fabuloſū
illud ceruā ꝓ virgine: ſed qđ verum eſt
miles ex virgine. At etiā audierā ⁊ non
crediderā q̄ aq̄s xp̄s in vina ↄuertit.
iam mutare cepit ⁊ ſexus: recedam⁹ hic
dū adhuc qđ fuimus: ſumus. Ut quid
⁊ ipſe mutatus ſum. q aliud cerno q̄ cre
do. Ad lupanar veni: cerno vadimoniū
⁊ tn̄ mutatus egrediar: pudicus exibo.
qui adulter intraui. iudicio rei. qꝛ debe
bat̄ tanto corona victori. Damnatus eſt
ꝓ virgine. q comp̄henſus eſt ꝓ virgine
ita de lupanari nō ſolū virgīes: ſed etiā
martires exierunt. Fert̄ puella ad locū
ſupplitij cucurriſſe certaſſe ābos de nece
Cū ille diceret. ego ſum iuſſus occidi.
te abſoluit ſnīa: qm̄ me tenuit at illa cla-
mauit. Non ego te vadem mortis elegi
ſed precē pudoris optaui. Si pudor q̄-
ritur: manet ſexus. Si ſanguis expoſcit̄
fideiuſſorē non deſidero: vnde diſſoluā
habeo. In me lata eſt iſta ſnīa q ꝓ me la
ta eſt. Certe ſi pecunie te fideiuſſorē de-
diſſem. ⁊ abſente me iudex tuū cenſuʒ fe
neratori adiudicaſſet: eadem me ſenten-
tia cōuinceres: meo patrimonio ſoluere

tuos nexus. Si recuſarem. quis me indi
gnam morte cenſeret? quanto maior eſt
capitis huius cenſura: moriar innocens
ne moriar nocens. Nihil mediū eſt ho
die. aut rea ero. ſanguinis tui. aut mar-
tir mei. ſi cito redij; quis me audeat ex-
cludere. ſi morā feci. quis me audeat ab-
ſoluere. Plus legibus debeo rea. non ſo
lum fuge me. ſed etiā cedis aliene. Suf
ficiunt mēbra mortis. q non ſufficiebāt
iniurie. eſt in virgine vulneri locus qui
non erat contumelie. Ego obprobrium
declinaui non martiriū. tibi ceſſi veſteʒ
non ꝓfeſſionem mutuaui. quia ſi mihi
precipis mortem: non redemiſti me ſed
circumueniſti. caue queſo ne contendas
caue ne contradicere audeas. noli eripe
beneficium quod dediſti. Dum mihi
dit. Viuere nō recuſo. ſi gratia tui vitā
cōſeruare valeo. Tunc ioſephus vni fa
miliari veſpaſiani. et ſibi etiā familiari
latenter locutus ē vt ſibi vita donaretur
petijt. ⁊ qd petijt impetrauit. Cum aūt
ante veſpaſianū ioſephus eēt adductus
dixit ei veſpaſianus. Mortē meruiſſes
ſi huius petitiōibus liberatus nō eſſes.
Et ioſephus. Si quid perperā actū eſt
in melius cōmutari pōt. Et veſpaſianꝰ
Qui vinctus ē quid facere pōt? Et ioſe
phus. Aliquid facere potero. Si dictis
meis aures tuas demulſero. Et veſpaſi
anus. Cōcedat̃ vt verbis inhereas. Et
quicquid boni dicturus es: pacifice au-
diatur. Et ioſephus impator roma-
nus interijt. Et ſanatus impatorem te
fecit. ⁊ Veſpaſianus. Si ꝓpheta es. qre
non es vaticinatus huic ciuitati q mee
ſit ſubijciēda ditioni. Et ioſephus p. xl.
dies hoc eis predixit. Interea legati ro-
manoꝝ veniūt veſpaſianū ī impiū ſub-
limatū aſſerūt eumq; romam deducūt.
Hoc qz euſebius ī cronica teſtat̃. q ſcts
ioſephus veſpaſiano pdixit tā de impa-
toris morte q de ſua ſublimatiōe. Reli
quit aūt veſpaſianus titū filiū ſuū ī ob-
ſidione hierl'm. Titus aūt e eadē hyſto-
ria apocripha legit̃ audiens patrem ſuū
in imperiū ſublimatum. tanto gaudio
⁊ exultatione repletur. q neruorum con
tractione ex frigiditate corrumpit̃. et al
tero crure debilitatus paraliſi torquet̃.
Joſephus autem audiens titum parali
ſi laborare: cauſam morbi ⁊ tempꝰ mor-
bi diligenter inquirit. cauſa neſcit̃. mor-
bus ignoratur. de tempe autem quoniā
audita patris electiōe hoc ſibi acciderit:
aperitur. Joſephus autem vir ꝓuidus
⁊ ſapiens ex paucis multa conijcit. et ex
tempore morbum ⁊ cauſam inuenit. ſci-
ens q gaudio ⁊ leticia ſuperabundanti
debilitatus fuerit. Animaduertēs itaq;
quia contraria contrarijs curantur. ſci-
ens etiam quia qd amore conquirit̃ do
lore frequenter amittitur: querere cepit
an aliquis eſſz qui principis inimicitijs
obnoxius teneret̃. ⁊ erat ibi ſuus adeo
tito moleſtus vt ſine vehementi cōtur-
batione nullatenus in eum poſſet reſpi-
cere. nec etiam nomen eius audire. Di-
xit itaq; tito. Si curari deſideras. oēs
qui in meo comitatu venerint ſaluos fa
cias. Cui Titus. quicunq; in tuo comi-
tatu venerit ſecurus habeatur ⁊ ſaluus.
Tunc ioſephus cito prandium fieri p-
cepit: ⁊ menſam ſuam menſe titi oppoſi-
tam locauit. ⁊ ſeruū ſuum a dextris ſuis
ſedere fecit. Quem titus reſpiciens. mo-
leſtia conturbatus infremuit. ⁊ qui pri-
us gaudio infrigidatus fuerat. accenſio
ne furoris incaluit. neruoſq; diſtendēs
curatus fuit. Poſt hoc titus ⁊ ſeruum in
ſui gratiam. ⁊ ioſephum in ſui amicitiā
recepit. Vtrum autem hec hyſtoria apo
cripha narranda ſit. lectoris iudicio re-
linquatur.

Biennio igitur a tito hieruſalem ob-
ſeſſa inter cetera mala que obſeſſos gra-
uiter perurgebant. tanta fames omnes
tenuit. q parentes filijs. ⁊ filij parenti-
bus. viri vxoribus. ⁊ vxores viris. cibos
non tantum e manibus ſed etiam ex ip-
ſis dentibus rapiebant. Juuenes eti-
am etate fortiores velut ſimulacra per
vias oberrando pre fame exanimes ca-

debāt. qui mortuos ſepeliebāt. ſepe ſup
ipſos mortuos mortui cadebāt. Fetore
itaqꝫ cadauerꝝ nō ferētes ex publico ſum
ptu ipſa ſepeliebāt. Sꝫ deficiēte ſumptu
vincēte cadauerꝝ multitudine de muro
cadauera ꝓcipitabāt. At titus circuiens
cum vidiſſꝫ valles repletas cadaueribꝰ
⁊ totā ꝓuinciam ex eoꝝ fetore corruptā ma
nus ſuas cū lacrimis ad celum leuauit:
dicens. Deus tu vides qꝛ ego hoc nō fa-
cio. Tāta enī ibi fames erat ꝙ calciamē
ta ſua ⁊ corrigias comedebant. Ma
trona q̄dā inſup genere ⁊ diuitijs nobi
lis ſicut ī hyſtoria eccl'iaſtica legit̄. cū pre-
dones ī eius domū irruētes eā oībus ex
poliaſſent. nec ſibi vltra q̄d comederet
remāſiſſet. paruulū lactantē tenēs ī ma-
nibus ait: Infelicis mr̄is infelicior fili.
in bello. in fame. in direptiōe cui te reſer
uabo. Ueni ergo nūc o mi nate eſto mr̄i
cibus. ꝓdonibus furor. ſeculis fabula.
Et his dictis filium iugulauit: ⁊ coxit ⁊
dimidiū comedēs ꝑtē alterā occultauit.
Et ecce confeſtim ꝓdones odorē carnis
cocte ſentiētes ī domū irruunt. ⁊ niſi car
nem ꝓdat mortē minant̄. Tūc illa dete
gens infantis mēbra. ecce inq̄t ꝑtem opti
mam vobꝭ reſ̄uaui. At illos tantos hor
ror īuaſit. ꝙ nec loq̄ potuerunt. At illa.
Meus ē inq̄t filius hic. meū ⁊ peccatū.
Securi edite. qꝛ ꝑor ego comedi quē ge
nui. nolite fieri aut mr̄e religioſores aut
femīs molliores. Q ſi vincit vos pietas
⁊ horretis. ego totā comedā q̄ dimidiū
iā comedi. Illi vero tremētes ⁊ territi di-
ſceſſerunt. Tādē ſcd̄o anno impij ve-
ſpaſiani titus hierl'm cepit: ⁊ captam ſub
uertit. tēplūqꝫ fūditus deſtruxit. ⁊ ſicut
iudei xp̄m. xxx. denarijs emerāt. ſic ⁊ ip̄e
vno denario. xxx. iudeos vēdidit. Sicut
aūt narrat ioſephus. xcvij. milia iudeo-
rū vēdita ſūt. ⁊ vndecies cētena milia fa
me ⁊ gladio perierūt. Legit̄ qꝫ ꝙ titus
intrās hierl'm quēdā murū denſiſſimū
vidit: ip̄mqꝫ ꝑforari ꝑcepit. Factoqꝫ fo-
ramine quendā intus ſenē aſpectu cani
cie venerabilē inuenerūt. Qui requiſitus

quis eſſet r̄ndit ſe eſſe ioſeph ab arama-
thia ciuitate iudee. ſeqꝫ a iudeis ibidem
incluſū ⁊ muratū fuiſſe. eo ꝙ xp̄m ſepe-
liſſet. Addiditqꝫ ꝙ ab illo t̄p̄e vſqꝫ nunc
celeſti ſit cibo paſtus ⁊ diuino lumīe cō-
fortatus. In euāgelio t̄m nicodemi dr̄.
ꝙ cū iudei ip̄m recluſiſſent: xp̄c reſurgēs
eum inde eripuit. ⁊ ī aromathiā duxit.
Pōt dici ꝙ cū eductus. a ꝓdicatōe xp̄i
nō ceſſaret a iudeis iterum eſt recluſus.
Mortuo qꝫ veſpaſiano imꝑatore. titus
filius eius eidē in imꝑio ſucceſſit. q̄ fuit
vir clemētiſſimus. ⁊ multe liberalitatis
Tāteqꝫ bonitatis fuit: ſicut ait euſebius
ceſarien̄. in cronica ⁊ teſtat̄ Ihie. ꝙ dum
quodā ſero recordatus fuiſſꝫ. ꝙ illo die
nil boni egiſſet aut nihil dediſſꝫ: ait. O
amice hūc diē ꝑdidi. Poſt longa vero t̄p̄a
q̄dā iudei hierl'm reedificare volentes.
exeuntes ꝑmo mane plurimas cruces d̄
rore īuenerūt. q̄s territi fugiētes. et ſcd̄o
mane redeūtes. vnuſq̄ſqꝫ: vt ait miletus
ī cronica: cruces ſanguīeas veſtibus ſuis
inſitas īuenit. Qui vehemēt territi in fu
gam iterꝝ v̄ſi ſunt. Sꝫ tercio die reuerſi
vapore ignis de terra ꝓdeuntis. penitꝰ
ſunt exuſti.

## Inuentio ſancte

crucis dr̄ qꝛ tali die crux inuen-
ta fuiſſe refert̄. Nā ⁊ antea fuit inuenta
a ſeth filio adā ī terreſtri ꝑadiſo. ſicut in-
fra narrat̄. a ſalomone ī libano. a regina
ſabba ī ſalomonis tēplo a iudeis ī aqua
piſcine. hodie ab helena ī mōte caluarie.

## Inuentio ſancte

crucis poſt Annos. cc. amplius
a reſurrectione dn̄i facta eſt. Legit̄ enīꝫ
in euangelio nicodemi. ꝙ cum adā in-
firmaret̄: ſeth filius eius portas paradi-
ſi adijt. ⁊ oleum ligni miſericordie quo
corpus patris ꝑungeret ⁊ ſanitatem re-
ciperet: poſtulauit. Cui apparēs micha
el archangelus: ait. Noli laborare neqꝫ
flere ꝓ oleo ligni miſericordie obtinēdo
quia nullatenus illud aſſequi poteris.



niſi q̄n completi fuerint q̄nqꝫ milia q̄n
genti anni licet ab adam vſqꝫ ad paſſio-
nem xp̄i. anni t̄m. v. mille. xcix. fluxiſſe
credant̄. Legit̄ quoqꝫ alibi ꝙ angelus ei
dem ramuſculū quendā obtulit. ⁊ iuſ-
ſit ꝙ in monte libani plantaret̄. In qua
dam vero hyſtoria grecoꝝ licꝫ apocripha
legit̄ ꝙ angelus de ligno in quo pecca-
uit adam eidē tradidit dicens. ꝙ q̄n fa-
ceret fructū pater ſanaret̄. Qui rediēs et
patrē mortuū inueniens ipſum ramum
ſup tumulū patris plantauit. qui plan-
tatus in arborē magnā creuit. ⁊ vſqꝫ ad
ſalomonis t̄p̄a perdurauit. Utrꝫ autem
hec ſint vera. lectoris iudicio relinq̄t̄. cū
in nulla cronica vel hyſtoria autentica
hec legant̄. Salomon autē arborē tam
pulcrā conſiderans ipſam ꝑcepit incidi
⁊ in domo ſaltus locari. Nuſq̄ t̄n vt ait
Joh. beleth. locari poterat nec alicui lo
co apta reperiri valebat. ſed mō aut exce
debat longitudinē. aut deficiebat nimia
breuitate. ſi q̄n vero ſ̄m loci exigentiam
ipſam rōnabilit̄ decurtaſſent adeo bre-
uis videbat̄ ꝙ oīno incōgrua habebat̄.
Ob hoc indignati artifices ip̄am repro
bauerūt ⁊ ſup quandā lacū vt eēt pons
tranſeuntibus ꝓiecerunt. Regina autē
ſabba cū veniſſet audire ſapīam ſalomo
nis ⁊ ꝑdictū lacū tranſire vellet: vidit in
ſpiritu ꝙ ſaluator mūdi in ligno ſuſpē-
dēdus fuerat. ⁊ idō ſup illud lignū trāſi-
re noluit. ſed ip̄m ꝓtinus adorauit. In
hyſtoria t̄n ſcholaſtica legit̄. ꝙ predictū
lignū regina ſabba in domo ſalt' vidit.
Cūqꝫ ad domū ſuā rediſſet. intimauit ſa
lomoni ꝙ in illo ligno quidā ſuſpēden
dus eēt. ꝑ cuius mortē regnū iudeoꝝ de
leri deberet. Salomon igit̄ predictum
lignū inde ſuſtulit: ⁊ in profundiſſimis
terre viſceribꝰ illud demergi fecit poſtea
ꝓbatica piſcina ibidē facta eſt. ibi nathi
nei hoſtias abluebant. Un̄ non ſolū ex
deſcenſu angeli. ſed etiā ex virtute ipſius
ligni. tradit̄ ibi fieri ⁊ aque cōmotiōem
⁊ infirmoꝝ curationē. Appropinquāte
vero paſſione xp̄i ꝑdictū lignū ſupnataſ-

ſe perhibet̄. Cum illud aūt iudei vidiſ-
ſent ip̄m acceperunt ⁊ crucē dn̄o parauē
runt. Ip̄a aūt crux xp̄i ex quatuor gene
ribus lignoꝝ fuiſſe perhibet̄. ſcꝫ palme.
cypreſſi. oliui. ⁊ cedri. Un̄ verſus. Ligna
crucis palma. cedrus cypreſſus. oliua.
In cruce eīm fuit hec quadruplex diffe-
rentia lignoꝝ. ſ. lignū erectū. lignū trāſ
uerſū. tabula ſuprapoſita ⁊ truncus cui
crux erat infixa. Uel ſ̄m gregl. turonen-
ſem. tabula tranſuerſa q̄ fuit ſub pedibꝰ
xp̄i. vn̄ quodlibꝫ hoꝝ potuit eē alicuius
ꝑdictoꝝ. Hanc differētiā lignoꝝ videt̄
apl'us innuere cū dicit. vt poſſitis com-
ꝑhendere cū oībus ſanctis q̄ ſit longitu
do. latitudo. ſublimitas ⁊ profundum.
Que verba ibidē Aug. doctor egregius
ſic exponit. i. crucem dn̄i cuius latitudo
dr̄ in tranſuerſo ligno quo extendūtur
manus. longitudo a terra vſqꝫ ad ipſaꝫ
latitudinem. quo a manibus infra totū
corpus affigit̄. altitudo a latitudīe vſqꝫ
ſurſum cui adheret caput. ꝓfundū vero
qd̄ terri infixum abſcondit̄. Quo ſigno
crucꝭ oīs actio humana ⁊ xp̄iana deſcri-
bit̄. Bene oꝑari in xp̄o ⁊ ei ꝑſeueranter
inherere. ſꝑare celeſtia. ſacramēta nō ꝓ-
phanare. Iſtud lignū crucis ꝑcioſuꝫ ꝑ
annos. cc. et vltra ſub t̄ra latuit: ſꝫ ab he
lena mr̄e ꝯſtātini imꝑatoris hoc modo
reꝑtū fuit. In t̄p̄e illo cōgregata eſt iux̄
danubiū fluuiū multitudo īnumerabi
lis barbaroꝝ. volēs fluuiū trāſire. et oēs
regiones vſqꝫ ad occidentē ſuo dn̄io ſub
iugare. Qd̄ vbi ꝯſtātinus imꝑator com
perit caſtra mouit ⁊ ꝯ̄ danubiuꝫ ſe cum
ſuo exercitu collocauit. At barbaroruꝫ
creſcēte multitudine. ⁊ iā fluuiū tranſe
unte. ꝯſtātinus nimio terrore concutit̄.
vidēs qꝛ eſſent die craſtino cū eo preliū
cōmiſſuri. Sequēte igit̄ nocte ab ange-
lo excitat̄. ⁊ vt ſurſū reſpiciat admonet̄.
Qui in celū aſpiciēs vidit ſignū crucis
ex clariſſimo lumine factum l̄ris aureis
hunc titulū hn̄s ſcriptuꝫ. In hoc ſigno
vinces. Qui celeſti viſiōe cōfortatus ſi-
militudinē crucis fecit. ⁊ ip̄am ante ſuū

exercitū ferri iuſſit. Irruenſq; in hoſtes ipſos in fugā vtit. ⁊ multitudinem maximā interfecit. Tūc ꝯſtātinus oēs temploꝝ pōtifices cōuocauit. ⁊ cuius dei hᵒ ſignū eēt diligētius inqſiuit. Quibus ſe neſcire dicētibus. quidā xpiani aduenerunt. ⁊ ei ſancte crucis miſteriū ⁊ fidem trinitatis plenius narrauerunt. Qui in xp̄m ꝑfecte tūc credidit ⁊ ab euſebio papa. vel ſm quoſdā libros a ceſarieñ epo ſacꝝ baptiſma ſuſcepit. Sȝ in hec hyſtoria multa ponūt̄ qbus cōtradicit hyſtoria tripꝑtita ⁊ eccleſiaſtica. ⁊ vita ſācti ſilueſtri. ⁊ geſta pōtificū romanoꝝ. Scḋȝ quoſdā nō fuit iſte ꝯſtantinus impator q̄ a beato ſilueſtro papa fuit baptizatus ⁊ ad fidē cōuerſus. ſicut aliq̄ hyſtorie vident̄ innuere. ſed fuit ꝯſtātinus pr̄ ipſiꝰ ꝯſtātini. ſicut in aliqbus hyſtorijs inuenit̄. Ille em̄ ꝯſtātinus alio mō ad fidez venit ſicut in hyſtoria ſancti ſilueſtri legit̄. nec ab euſebio ſed a ſilueſtro baptizatus eſſe narrat̄. Mortuo tamen ipſo conſtantino conſtātinus memor victorie pr̄us quā virtute ſancte crucis habuerat helenā matrē ſuā hieroſolimā ꝓ ipſa cruce inueniēda trāſmiſit. ſicut inferius ē notatū. Hyſtoria tm̄ eccleſiaſtica hanc victoriam aliter factā narrat. Ait em̄ ꝙ cum maxencius romanū imperiū inuaſiſſet. conſtantinus impator iuxta pontem in albinū cum maxencio conflicturus aduenit. Cum igit̄ anxius multū eſſet. ⁊ ꝓ ſibi mittendo auxilio ad celum oculos crebro leuaret. vidit ꝑ ſoporem ad orientis partē in celo ſignū crucis fulgore igneo rutillare: angeloſq; aſtare. et ſibi dicere. Conſtantine in hoc vinces.

Et vt dicit̄ in hyſtoria tripꝑtita. dū conſtantinus quid eēt miraretur. Xpus nocte ſuperueniente eidem apparuit cū ſigno qḋ vidit in celo iuſſitq; vt fiēt eius ſigni figuratio q̄ foret auxiliū in ꝯgreſſibus ꝑlioꝝ. Tūc ꝯſtantinus letus redditus. ⁊ de victoria iam ſecurus. ſignū crucis qḋ in celo viderat in ſua fronte deſignat. vexilla militaria in ſignaculū crucis transformat: ⁊ in manu dextra auream crucem portat. Poſt hoc dn̄m exorauit ne dexterā ſuam quam ſigno crucis munierat ſalutari. cruore romani ſāguinis cruentari vel maculari ꝑmitteret. ſed ſine ſanguinis effuſione victoriā ſibi d̄ tyranno p̄ſtaret. Maxencius aūt iuſſit nauibus ad decipulā compoſitis fluuium ſterni ⁊ ſuppoſitis pontibus exeq̄ri. Cū iam aūt conſtantinus ad fluuiū appropinquaret. Maxencius in occurſū cū paucis velocius ei pergit: iubens vt ceteri ſe ſequant̄. Suiq; oblitus opis pontē cum paucis conſcendit: ⁊ decipula qua conſtantinū decipere voluit. eſt deceptꝰ: ⁊ in fluuij ꝓfundū demerſus. Conſtantinus vō ab omibus vnanimiter ē ſuſceptus. Et ſicut legit̄ in quadā cronica ſatis autentica. Conſtātinus tūc perfectē nō credidit nec tūc ſacꝝ baptiſma ſuſcepit: ſed aliquāto tp̄is interiecto viſionē illam Petri ⁊ pauli vidit ⁊ ſacro baptiſmate ꝑ ſilueſtꝝ papam renatus. ⁊ a lepra mūdatus: in xp̄m deinceps ꝑfecte credidit. ⁊ ſic matrē ſuā helenā hieroſolimā miſit: vt crucē dn̄i req̄reret. Ambroſiuſ tm̄ in epl̄a de obitu theodoſij et hyſtoria tripꝑtita dicūt. ꝙ in vltimis conſtitutus: baptiſmū ſuſcepit. baptiſmū differēs vt poſſet in iordanis flumīe baptizari. hoc idē dicit hiero. in cronica. Certū ē autē ꝙ ſub ſilueſtro papa xpianus effectus ē. Utꝝ aūt baptiſmū diſtulit. in dubium vertit̄. Un̄ ꝺ illa legēda ſancti ſilueſtri quo ad plura ſimilit̄ dubitat̄. Hec igit̄ hyſtoria de inuentiōe crucis. q̄ in eccleſiaſticis hyſtorijs inuenit̄. cui etiā cōſonant cronice: videt̄ eē magis autentica q̄ illa q̄ per eccleſias recitat̄. Conſtat em̄ multa ibidē eſſe que non conſonāt veritati. Niſi forte quis vellet dicere vt ſuperius dictū ē: ꝙ nō fuit conſtantinus ille. ſed conſtantinus pater eius qḋ tamen multū autenticū nō videt̄. licet in quibuſdā vltramarinis hyſtorijs ſic legatur. Cum aūt helena hieruſalē aduenisset. oēs iudeoꝝ ſapientes qui per to-



tam regionem repti ſunt ad ſe congregari p̄cepit. Hec aūt helena prius ſtabularia fuerat: ſed ꝓpter eius pulchritudinē conſtantinus ſibi eam cōiunxit. ſm qḋ dicit Ambroſius in hec verba. Stabulariam hanc fuiſſe aſſerūt. ſed cōiuncta ē conſtantino ſeniori qui poſtea regnū adeptus ē. Bona ſtabularia que tam diligenter p̄ſepe dn̄i requiſiuit. Bona ſtabularia que illum ſtabulariū non ignorauit. qui vulnera curauit a latronibus vulnerati. Bona ſtabularia que maluit omia eſtimare ſtercora. vt xp̄m lucrifaceret. Ideo illā xp̄us de ſtercore leuauit ad regnū. hec ambro. Alij vō aſſerūt ⁊ in quadā cronica ſatis autentica legit̄ ꝙ ip̄a helena fuit filia choelis regis britonum. Quā cōſtantinus in britaniam veniens cum eſſet vnica patri ſuo duxit vxorem. vn̄ inſula poſt mortem choelis ſibi deuenit. Hoc ⁊ ip̄i britones atteſtāt̄ licȝ alibi legat̄ ꝙ fuit treuerenſ. Iudei igit̄ nimiū formidantes dicebant adinuicem. Quare putatis ꝙ regina nos ad ſe faciat cōuocari. Unus aūt ex eis noīe iudas dixit. Scio em̄ quia vult a nobis diſcere. vbi nam ſit lignū crucis in q̊ xp̄c crucifixus fuit. Uidete ergo ne aliqs ſibi confiteri p̄ſumat. Sin autē certiſſime ſciat̄. ꝙ lex nr̄a euacuabit̄. ⁊ paterne traditiones funditus deſtruent̄. Zacheus em̄ auus meus p̄nunciauit patri meo ſymoni. ⁊ pater meus moriēs dixit mihi. Uide fili qn̄ inquiret̄ crux xp̄i illā manifeſta anteq̄ aliqua patiaris tormenta nuſq̄ em̄ extunc gens iudeoꝝ regnabit: ſed illi qui crucifixū adorant. quia ipſe xp̄c filius dei erat. cui ego dixi: Pat̄ mi ſi vere patres nr̄i ip̄m eſſe filiū dei ꝯgnouerunt cur ipſum crucis patibulo affixerunt? Et rn̄dit. Nouit dn̄s quia nūq̄ in conſilio eoꝝ extiti. ſed eis ſepius contradixi. quia vō ip̄e phariſeoꝝ vicia exprobrabat: ip̄m crucifigi fecerūt. Ip̄o vō die tercia reſurrexit ⁊ celos videntibꝰ diſcipulis penetrauit. In quē ſtephanus frater tuus credidit. quem iudeoꝝ veſania lapidauit. Uide ergo fili ne ipſum vel diſcipulos eius audeas blaſphemare. non videt̄ autem multum ꝓbabile. ꝙ pater iſtius iude tēpore paſſionis xp̄i eſſe potuerit cum a paſſione xp̄i vſq; ad helenam ſub qua iudas fuit. fluxerint pluſq̄. cclxx. āni niſi forte diceret̄. ꝙ tūc homines pluſq̄ modo viuebant. Dixerunt ergo iudei ad iudam. Nos talia nunq̄ audiuimus. Uerumtamen ſi de hoc regina queſierit. vide nec hoc ſibi aliquatenus confitearis. Cum ergo illi ante reginam ſtetiſſent. ⁊ illa interrogaſſet eos de loco vbi fuerat dominus crucifixus. ⁊ ip̄i locum nullatenus indicare vellent. iuſſit eos omnes igne cremari. At ille omnes timentes tradiderunt iudam dicentes. Hic domina iuſti ⁊ ꝓphete filius optime nouit legem. et tibi oīa que queſieris ab eo iudicabit. Tūc illa omnes dimittens tenuit iudam ſolum. Cui dixit. Mors ⁊ vita tibi ꝓpoſita ſunt. quod malueris: elige. Oſtende igitur mihi locum qui galgatha dicit̄. vbi fuit dominus crucifixus. vt crucem eius inuenire poſſim? Reſpondit Iudas. Quomodo locum ſcire valeam cū ducenti anni iam ⁊ amplius fluxerint. ⁊ nequaq̄ȝ illo tempore natꝰ eſſem. Cui regina: Per crucifixum fame te perimā niſi mihi dixeris veritatem.

Ipſum igitur in puteum ſiccum iuſſit proijci et ibidem famis moleſtia cruciari. Cum ergo ibidem ſex diebus ſine cibo manſiſſet: die ſeptimo extrahi petijt. ⁊ crucem ſe indicaturum promittit. Cum ergo extractus ad locum veniſſet et ibidem oraſſet. locus ſubito commouetur. et fumus aromatum miri odoris ſentitur. Ita vt miratus Iudas ambabus māibus plauderet et diceret. In veritate chriſte tu es ſaluator mundi. Erat autem in loco illo: ſicut in eccleſiaſtica hyſtoria legitur: templū veneris qḋ adrianus impator ibidē ꝯſtruxerat. vt ſi quis xp̄ianorum in loco illo adorare voluiſſet: videt̄ venerē adorare

⁊ ob hoc infrequēs ⁊ pene obliuioni da-
tus fuerat locus. regina aūt tēpli fundi-
tus fecit deſtrui ⁊ locū inarari. Poſt hec
iudas p̄cingens ſe viriliť fodere cepit. ⁊
viginti paſſus fodiēs tres cruces abſcō-
ditas repit. quas ad reginā ꝓtinus de-
portauit. Cum aūt crucē xp̄i ab alijs la
tronū neſcirēt diſcernere: eas ī medio ci-
uitatis poſuerūt. ibidē gloriā dn̄i p̄ſto-
lantes. Et ecce cū circa horā nonā qui-
dam iuuenis mortuus deferreť. Judas
feretꝝ tenuit ⁊ primā ⁊ ſecundā crucē ſu-
per corpus defūcti appoſuit. ſꝫ nequaq̄
ille ſurrexit. Apponēs āt terciā ꝓtinus
rediJt defunctus ad vitā. Jn hiſtoria āt
eccl'aſtica legiť q̄ cū quedā mulier p̄ma
ria ciuitatis ſemiuiua iaceret. machari⁹
ep̄s hieroſolimitanus primā ⁊ ſecundā
crucē adhibuit. ſed nihil ꝓfecit. terciam
v̾o appoſuit ⁊ mulier apertis oculis ꝓti-
nus ſanata ſurrexit. Ambroſius v̾o di-
cit: q̄ diſcreuit ip̄am crucē dn̄i. p titulū
quē poſuerat pylatus quē titulū ibidēꝫ
inuenit ⁊ legit. Dyabolus āt in aere
vociferabat dicēs. O iuda quid hic feci
ſti. Jude meo ꝯtraria opatus es. Nam
ille me ſuadente fecit ꝓditionē. ⁊ tu me
rēnuente iheſu inueniſti crucē. Per illū
multoꝝ lucratus ſum aīas. p te p̄dere vi
deor iam lucratas. Per illū regnabā in
populo. p te iam expellar a regno. Verꝝ
tamē tibi vicē rependā ⁊ cōtra te regem
aliū ſuſcitabo. q̄ fidem deſerēs crucifixi
cū tormētis te negare faciat crucifixum.
Qđ q̄dem de iuliano apoſtata dictū vi-
deť. q̄ iudam ep̄m hieroſolimis factuꝫ
multis tormētis affecit. ⁊ martirē xp̄i fe
cit. Audiēs iudas vociferantē dyabolū
nihil extimuit ſed ꝯſtanť dyabolo male
dixit dicens. xp̄c te damnet in abyſſum
ignis eterni. Poſt hoc iudas baptizať
⁊ quiriacus appellať. ⁊ hieroſolimorūꝫ
defuncto ep̄o ibidē in ep̄m ordinať. Ve
rum cū beata helena clauos dn̄i nō ha-
beret. rogauit ep̄m quiriacū vt ad locū
p̄geret ⁊ clauos dn̄i q̄reret. Qui cū veniſ
ſet ⁊ ad dn̄m p̄ces fudiſſꝫ cōtinuo velut

aurū claui fulgētes in terra apparuerūt
Quos ille accipiēs regine detulit. Jlla
aūt genua figens in terra. ⁊ caput incli-
nans: eos cū multa reuerētia adorauit.
Crucis ergo partē helena detulit filio.
partē vero thecis argenteis conditā reli
quit in loco. clauos v̾o q̄bus dominicū
corpus fuerat affixū portat ad filiū. ex q̄-
bus: vt Euſebius ceſarieñ. refert: frenos
q̄bus vtereť ad bellū compoſuit: ⁊ ex ali
is galeam ſuam armauit. Nōnulli aūt
aſſerūt: vt grego. turoneñ: clauos qua-
tuor in dominico corpore fuiſſe ex qui-
bus helena duos in freno impatoris po
ſuit. terciū in imagine conſtantini q̄ ro-
me ſupeminet: vrbi locauit. ⁊ quartū in
mari adriaticū. qđ vſq̄ꝫ tūc fuerat naui-
gantiū vorago proiecit. precipiens hoc
feſtū de inuentiōe ſancte crucis ſingulis
annis ſolēniter celebrari. Ambroſius ve
ro ſic ait. Queſiuit helena clauos dn̄i et
inuenit. ⁊ de vno frenos fieri p̄cepit: de
altero dyadema intexuit. Recte clauos
in capite. corona in vertice ⁊ ī manu ha-
beam. vt ſenſu p̄mineat. fides luceat. po
teſtas regat. Sanctū aūt quiriacum
epiſcopū quē Julianus apoſtata poſt-
modū interfecit. ex eo q̄ ſanctā crucē in-
uenit. cū vbiq̄ꝫ ſignum crucis deſtruere
nitereť. Cū em̄ cōtra perſas pergeret ce-
pit. Quiriacū inuitare ad ſacrificia ydo
loꝝ. Qđ cū ille rēnueret dextram ſibi ab
ſcidi fecit dicēs. Hac manu multas epi
ſtolas ſcripſit q̄bus multos a deoꝝ ſacri
ficijs reuocauit. Cui dixit Quiriacus.
Multū mihi canis inſenſate ꝓfuiſti. q̄r
priuſq̄ in xp̄m crederem ſepius ad ſyna
gogas iudeoꝝ ſcribebā epiſtolas. vt nul
lus in xp̄m crederet. ⁊ ecce nūc ſcandalū
mei corporis abſcidiſti. Tunc iulianus
plumbū fecit liq̄ri. ⁊ in os eius infundi.
Deinde lectū ferreū afferri. ⁊ in eo quiri
acum extendi ⁊ deſuper carbones. ſal et
adipem ſpargi. Sed cū quiriacus īmo-
bilis permaneret. Dixit ei iulianus. Si
non vis ſacrificare dijs ſaltē dic te xp̄ia-
num nō eſſe. Qui cū execrans recuſaret.



iuſſit altam foueam fieri ⁊ ſerpentes ve-
nenatos ibidē poni. ⁊ quiriacū in eandē
iactari. ſed tamen ſerpētes cōtinuo mor
tui ſunt. iuſſitq̄ꝫ iulianus quiriacū ī cal
dariam oleo feruentiſſimo plenam mit
ti. Qui dū ſe ſignans ſponte intrare vel
let. rogans dominū vt eū iterꝝ in marti-
rio lauacri baptizaret. iratus iulianus
iuſſit pectus eius gladio perforari. et ſic
in dn̄o conſūmari ꝓmeruit. Quan-
ta aūt ſit virtus crucis in illo fideli nota
rio patet. quem q̄dam magus decepit ⁊
ad quendam locū in quem demōes ad-
uocauerat: duxit. promittens ei q̄ mul-
tis diuitijs abūdaret. Et ecce vidit quē
dam magnū ethyopem ſuper excelſum
thronū ſedentem. ⁊ in circuitu eius ali-
os ethyopes circa eū cū lanceis et fuſti-
bus ſtantes. Tūc ille magū predictū in-
terrogauit dicens. Quis eſt iſte puer? et
ille dn̄e ſeruus noſter eſt. Cui demon.
Si vis me adorare ⁊ ſeruus meus eſſe ⁊
chriſtū tuū negare: faciam te ſedere ī dex
tra mea. Jlle aūt ſignū crucis mox edi-
dit ⁊ ſe chriſti ſaluatoris ſeruū libere eē
exclamauit. Statimq̄ꝫ vt edidit ſignum
crucis. omnis illa demonū multitudo
euanuit. Poſt hoc cū quadam vice tem
plū ſancte ſophie p̄dictus notarius cuꝫ
dn̄o ſuo intraſſet ⁊ ante ſaluatoris ima-
ginem ambo ſtarent vidit domin⁹ ſuus
q̄ predicta imago ſuper notariū oculos
fixos haberet. ⁊ ip̄m attente reſpiceret.
Qđ videns dictus dominus ⁊ admirās
iuuenem ex parte dextra ſtare fecit. Vi-
ditq̄ꝫ q̄ imago in illam iterꝝ partem ocu
los voluiſſet ⁊ ſuper notariū fixos habe
ret. Rurſūq̄ꝫ fecit ip̄m ire ex parte ſini-
ſtra et ecce iterū imago oculos voluit et
notariū vt prius reſpicere cepit. Tūc ad
iurat⁹ a domino vt ſibi diceret q̄d apud
deum meruiſſet. ꝓpter qđ ſic eū imago
reſpicēt. Dixit ſe nulli⁹ boni ꝯſciū eē. ni
ſi q̄ eū corā dyabolo negare noluiſſet.

# Johannes apo

ſtolus ⁊ euangeliſta dum ephe-
ſi predicaret a proconſule capitur. et vt
dijs immolet inuitatur. Qui dum ren-
nueret in carcerem mittitur. ⁊ ad domi
cianū imperatorem epiſtola deſtinatur.
in qua magnus ſacrilegus ⁊ deorū con-
temptor ⁊ crucifixi cultor nominať. iuſ
ſu igitur domiciani romam deducitur
⁊ deducto omnes capilli pro deriſione a
capite preſcinduntť. Ac ante portam vr-
bis que latina dicitur in doleum feruen
tis olei igne deſubter cādente mitti iu-
betur. Nullum tamē ibidem dolorem
ſenſit. ſed penitus illeſus exiuit. Jn illo
igitur loco eccleſia a xp̄ianis fabricatur
⁊ dies illa tanq̄ dies ſui martirij ſolen-
nizatur. Cum ergo nec ſic a predicatōne
chriſti ceſſaret. iuſſu domiciani in path-
mos inſulam relegatus eſt. nec tm̄ impe
ratores romani apoſtolos perſequeban
tur. quia chriſtuꝫ predicabant. cum ipſi
nullum deum reſpuerent. ſed quia ip̄m
ſine ſenatus auctoritate deificatum dic-
bant. qđ ipſi omnino fieri prohibebant.
Unde legitur in hyſtoria eccleſiaſtica q̄
cum pylatus quadam vice ad tyberiū
epiſtolas de chriſto miſiſſet. ⁊ ip̄e tyberi
us eius fidem a romanis recipi aſſenti-
ret. ſenatus omnino reſpuit. ex eo q̄ nō
ſui auctoritate deus vocatus fuit. Alia
cauſa eſt que legitur in quadam chroni
ca. ex eo q̄ romanis prius non apparue-
rat. Alia cauſa eſt ex eo q̄ omniū deorū
cultum cui romani inſeruiebant euacu
abat. Alia cauſa eſt ex eo. q̄ mundi de-
ſpectum predicabat. ⁊ Romani auari ⁊
ambicioſi erant. chriſtus etiam hoc fieri
non permiſit. ne hoc humane potentie
aſcriberetur. Alia cauſa ſ̄m magiſtruꝫ
Johannem beleth. quare imperatores
⁊ ſenatus chriſtuꝫ ⁊ apoſtolos perſeque-
bātur: erat. quia videbatur eis deus ni-
mis ſuperbus ⁊ inuidus: eo q̄ conſorteꝫ
habere non dignaretur. Alia cauſa eſt
quam Oroſius refert: quia ſenatus in-
digne tulit quod pylatus ad tyberium
⁊ non ad ſenatum: de chriſti miraculis
litteras deſtinauit. ⁊ ideo eius conſecra-

tionem inter deos fieri noluit. Vñ iratus tyberius multos de ſenatoribus occidit. ⁊ quoſdam exilio dãnauit. Mater autem ipſius beati iohannis audiẽs filium rome detineri materna compaſſione permota: romam ad eum viſitandum acceſſit. Sed dum veniſſet ⁊ ipſuz in exilium relegatum audiſſet. indeqꝫ rediret ⁊ ĩ campania ciuitate verulana migrauit ad chriſtum. Cuius corpus in q̃dam ſpecu ſepultum multo tempore latuit. ſed poſtmodum a filio ſuo iacobo reuelatum fuit. Quod quidem multo odore redolens. ac miraculis multis refulgẽs. ad predictam ciuitatem cũ multo honore tranſlatum eſt.

## Letanie in anno

bis fiunt. ſcꝫ in feſto ſancti marci. que dicitur letania maior ⁊ tribus diebus ante aſcenſionem domini que dicitur minor. Et interpretatur letania ſupplicatio vel rogatio. Prima igitur letania tripliciter vocatur. Primo letania maior. Secundo dicitur proceſſio ſeptiformis. Tercio dicitur cruces nigre. Dicitur autem letania maior ꝓpter tres cauſas. ſcꝫ ratione illius a quo inſtituta eſt. ſcꝫ a magno gregorio papa vrbis rome. Ratione loci in quo inſtituta eſt. qꝛ rome que eſt domina ⁊ caput mundi. ex eo ꝙ ibi eſt corpus principis apoſtolorũ ⁊ apoſtolica ſedes. Ratione cauſe pro q̃ inſtituta eſt. quia pro magno ⁊ grauiſſimo morbo. Romani enim cum in quadrageſima continenter vixiſſent ⁊ in paſca corpus domini recepiſſent poſtmodũ cõmeſſationibus. ludis ⁊ luxuria frena laxabant. Ideoqꝫ deus prouocatus peſtem maximam in eos miſit. quã inguinariam vocãt. i. apoſtema ſiue inflaturam in inguine. Tam ſeua autem illa peſtis fuit. vt homĩes in via. in menſa. in ludis. in colloquijs ſubito morerentur ita ꝙ cuꝫ aliquis: vt dicitur: ſternutabat ſepe cum ipſa ſternutatione ſpiritum exalabat. Vnde cuꝫ aliquis aliquem ſternutantem audiebat. ſtatim accurrẽs. deus te adiuuet: acclamabat. ⁊ abinde: vt dicunt: hec conſuetudo ſeruatur. vt cuꝫ aliquem ſternutantem audimus. deus te adiuuet: acclamamus. Rurſus: vt fertur: cum aliquis oſcitabat frequẽter continuo ⁊ ſubito ſpiritum emittebat. Vñ cũ aliquis ſe velle oſcitare ſentiebat continuo ſignum crucis ſibi imprimere feſtinabat. et hec conſuetudo ſimilit̃ vſqꝫ modo ſeruatur. hec autem peſtis qualiter ortum habuerit in vita ſancti gregorij reperitur. Secundo dicitur proceſſio ſeptiformis ex eo ꝙ beatus Gregorius proceſſiones quas tunc faciebat per ſeptem ordines diſponebat. Nam ĩ primo ordine erat omnis clerus. In ſecundo omnes monachi ⁊ religioſi. In tercio ſanctimoniales. In quarto omnes infantes. In quinto omnes laici. In ſexto omnes vidue ⁊ continentes. In ſeptimo omnes coniugate. Sed qꝛ modo non poſſumus in numero perſonarum ſupplem⁹ in numero letaniarum. quia ſepties dici debent anteq̃ inſignia deponantur. Tercio dicuntur cruces nigre quoniam in ſignum meroris ex tanta ſtrage hominũ ⁊ in ſignum penitentie homines nigris veſtibus induebantur. Et forte propter eandem cauſam cruces ⁊ altaria ſaccis cilicinis velabant. homĩes etiam fideles veſtes penitentionales debent aſſumere. Alia autem dicitur letania minor que fit tribus diebus ante aſcenſionem. quam beatus mamertus epiſcopus vienenſ᷑ tempore leonis imperatoris qui cepit anno domini. cccclviij. ante inſtitutiõem prime inſtituit. Que dicitur letania minor rogationes ⁊ ꝓceſſio. Dicitur autem letania minor. ad differentiã prime. quia ſcꝫ inſtituta eſt a minori epiſcopo. ĩ minori loco. ⁊ pro mĩori morbo. Cauſa autem inſtitutionis huius hec fuit. Tũc enim apud viennam frequentes ⁊ maximi terremotus fiebant que domos et eccleſias plurimas ſubuertebãt nocturni ſonitus ⁊ clamores ſepe audiebãtur. Tũc etiam aliud terribile accidit quia in die paſce ignis de celo cecidit. et regis palacium concremauit. Aliud inſuper mirabilius fiebat. Sicut eniꝫ demones porcos intrauerunt ſic permiſſione domini ꝓpter peccata hominũ lupos ⁊ alias feras intrabant. ⁊ nullos ferentes nõ ſolum per vias. ſed per ciuitatem publice diſcurrebant. ⁊ paſſim pueros ⁊ ſenes viros ⁊ feminas deuorabant. Cum igit̃ tam doloroſi caſus quotidie fierent. predictus epiſcopus triduanum ieiunium indixit. Letanias inſtituit. Et ſic predicta tribulatio conquieuit. Deinde ſtatutum eſt ab eccleſia ⁊ firmatum: vt hec letania vniuerſaliter obſeruetur. Dicitur etiam rogationes. quia tũc oĩum ſanctorũ ſuffragia imploramus. Et merito talis obſeruãtia his diebus ſeruanda eſt. ⁊ rogationibus ſanctorum ⁊ ieiunijs his diebus inſiſtendum multiplici ratione. Primo vt deus bella pacificet que in vere frequentius concitant̃. Secundo vt teneros adhuc fructus t̃re cõſeruando multiplicet. Tercio vt motus carnales qui hoc tempore magis feruẽt ĩ ſe quiſqꝫ magis mortificet. In vere em̃ ſanguis magis feruet ⁊ illiciti mot⁹ magis pullulant. Quarto vt ad receptionẽ ſanctiſpiritus ſe quiſquis magis habilitet. Nam per tempus ieiunij homo magis habilitatur. Et per rogatiões digni or reddit̃. Duas alias rationes aſſignat magiſter Guilhelmus altiſiodorenſis. Prima vt ſcꝫ chriſto aſcendente ⁊ dicente petite ⁊ accipietis. confidentius petat eccleſia. Secundo quia eccleſia ieiunat ⁊ orat. vt parum habeat de carne per ipſius carnis macerationem. Et acquirat ſibi alas per orationẽ. quia oratio eſt ala anime qua volat in celum. vt ſic chriſtũ aſcendentẽ libere poſſit aſſequi. qui aſcẽdit pandens iter ante nos. ⁊ volauit ſuper pẽnas ventorum. Auis enim q̃ multum abundat in carne et parum in plumis bene volare non poteſt. ſicut patꝫ in ſtrutione. Dicitur etiam proceſſio: quia tunc eccleſia generalem facit proceſſionem. In hac autem proceſſione crux defertur. campane pulſantur. vexillum portatur. Draco quidam cũ ingenti cauda in quibuſdam eccleſijs baiulatur. et omnium ſanctorum ſingulariter patrocinia implorantur. Ideo autem ibideꝫ crucem deferimus. et campanas pulſamus vt demones territi fugiant. Nam ſicut rex in ſuo exercitu habꝫ inſignia regalia. ſcilꝫ tubas ⁊ vexilla. ſic chriſt⁹ rex eternus ĩ ſua eccleſia militanti habꝫ campanas pro tubis. ⁊ cruces ꝓ vexillis. Et ſicut aliquis tyrannus valde timeret q̃ alicuius regis potentis. ⁊ ſibi inimici tubas in ſua terra audiret et vexilla videret. ſic demones qui ſunt in iſto aere caliginoſo vehementer metuunt quando tubas chriſti. ſcilicet campanas pulſari ſentiunt. ⁊ vexilla id eſt cruces conſpiciunt. Et iſta dicitur eſſe ratio. quare eccleſia campanas conſueuit pulſare. quando tempeſtates concitari videt. vt ſcilicꝫ demones qui hoc faciunt tubas eterni regis audiãt. ⁊ ſic territi fugiãt. et a tempeſtatis concitatiõe quieſcant. Licꝫ alia ratio ſit. quia campane tunc fideles admonent ⁊ prouocant. vt pro inſtanti periculo orationi inſiſtant. Aliud etiã vexillum eterni regis eſt ipſa crux ſ᷑m illud Vexilla regis ꝓdeunt fulget crucis miſterium ⁊c. Quod quidem vexillum demones valde timent ſ᷑m ꝙ dicit Criſo. Vbicunqꝫ inquit demones ſignum dominicum viderent: fugiunt timentes baculum quo plagam acceperunt. Et hec eſt ratio quare in quibuſdam eccleſijs tpe tempeſtatis crux de eccleſia extrahit̃ ⁊ tẽpeſtati opponit̃. vt. ſ. demões vexillũ ſummi regis videãt ⁊ territi fugiãt. Iõ

igitur crux in proceſſiōe defertur. ⁊ cam
pane pulſantur. vt demones in ipo aere.
exiſtentes territi fugiant ⁊ a nr̄a infeſta
tione deſiſtāt. Vexillū autē ibidē defert̄
ꝓpter rep̄ſentandā victoriā reſurrectio=
nis ⁊ victoriā aſcenſiōis xp̄i. q̄ cum ma
gna p̄da celos aſcēdit. Vn̄ ꝑ aera vexil=
lū incedens ē xp̄c in celū aſcendēs. Et ſi
cut vexillū qđ in ꝓceſſione defert̄ mul
titudo fideliū ſequit̄. ſic xp̄m aſcenden=
tem magna ſanctoꝝ collectō comitatur
Cantus aūt q̄ ibi fiūt ſignificāt cantus
⁊ laudes angeloꝝ q̄ xp̄o aſcendēti obui
arunt. ⁊ ip̄m cū ſua ſocietate vſq; in ce=
lum cū multis laudibus perduxerunt.
In quibuſdā aūt eccleſijs ⁊ maxime
in eccleſijs gallicanis cōſuetudo habet̄
ꝙ draco quidā cū longa cauda ⁊ infla=
ta. plena ſcꝫ palea vel aliquo tali duob⁹
diebus primis an̄ crucē. ⁊ tercio cū cau=
da vacua poſt crucē defert̄. ꝑ qđ ſignifi=
cat̄. ꝙ in p̄mo die an̄ legē. et in ſecundo
ſub lege. dyabolus in hoc mūdo regna
uit. In tercio aūt die. ſ. grē ꝑ paſſionem
xp̄i. de ſuo regno expulſus fuit. Rurſus
in ip̄a ꝓceſſione oīum ſctōꝝ ſingulariē
patrocinia poſtulamus. Quare aūt tūc
ſanctos rogamus plures cauſe ſunt ſu=
perius aſſignate. Sūt autē ⁊ alie cau
ſe generales ꝓpter quas deus ordinauit
vt ſanctos oremus. ſ. ꝓpter nr̄am inopiā
ſanctoꝝ gloriā. ⁊ dei reuerentiā. Sancti
em̄ vota ſupplicantiū ſcire p̄nt. q2 in il=
lo eterno ſpeculo intelligūt quātū vel il
lis ꝑtinet ad gaudiū vel nobis ad auxi
lium. Prima ergo rō eſt ꝓpter noſtram
inopiā. ⁊ hoc. vel ꝓpter inopiā quam ha
bemus in meredo. vt vbi nr̄a nō ſuppe=
tunt merita: patrocinent̄ aliena. Vel ꝓ
pter inopiā quā habemus in ꝯtemplā=
do. vt qui non poſſumus ſummam lu=
cem aſpicere in ſe ſaltem in ſanctis aſpice
re valeamus. Vel ꝓpter inopiam quam
habemus in amādo. quia plerumq; im=
ꝑfectus homo magꝭ ſentit ſe aſſici circa
vnū ſanctū q̄ etiā circa deū. Scđa ratō
eſt ꝓpter ſanctoꝝ gloriā. Vult em̄ deus
vt ſanctos inuocemus. vt dum ꝑ eoꝝ
ſuffragia qđ petim⁹ impetramus ipſos
magnificemus. ⁊ glorificādo collaude=
mus. Tercia ratio eſt ꝓpter dei reueren
tiam vt peccator qui deū offendit quaſi
nō audeat ip̄m in ꝓpria ꝑſona adire. ſꝫ
amicoꝝ poſſit patrocinia implorare. In
huiuſmodi aūt letanijs ēt illud ange=
licum canticū frequentādū. Sancte de=
us. ſancte fortis. ſancte ⁊ imortalis mi=
ſerere nobis. Refert em̄ iohānes dama=
ſcenus li. iij. ꝙ cū apud conſtantinopo=
lim ꝓpter quandā tribulationem leta=
nie fierent: quidā puer de medio popu=
li in celum eſt raptus. ⁊ illud canticum
ibidē edoctus. Deinde ad populū redi=
ens illud angelicū canticum in conſpe=
ctu populi decantauit. Et mox oīs tri=
bulatio ceſſauit. In calcedonenſi quoq;
ſynodo fuit iſtud canticū approbatum
⁊ ꝯcluditur ita damaſcenus. Nos aūt di=
cimus ꝙ ꝑ iſtud canticum demones re
cedant. Huius ergo cantici laus ⁊ auto
ritas ex quatuor colligit̄. Primo ex eo
ꝙ angelus illud edocuit. Scđo ex eo ꝙ
ad eius ꝓlationē illa tribulatio cōquie
uit. Tercio ex eo ꝙ calcedonenꝭ ſynod⁹
illud approbauit. Quarto ex eo ꝙ de=
mones illud timent.

## Aſcēſio domini

quadrageſimo die a reſurrectio
ne facta ē. Circa quam aſcēſionem ſeptē
per ordinem conſiderāda ſunt. Primo
vnde aſcendit. Secunda quare nō ſta=
tim poſt reſurrectionem aſcēdit. ſed tot
dies expectauit. Tercio qualiter aſcēdit
Quarto cum quibus aſcendit. Quinto
quo merito aſcendit. Sexto quo aſcen=
dit. Septimo quare aſcendit. Circa
primum notandum quoniā de monte
oliueti verſus bethaniam celos aſcēdit.
qui mons ſ̄m aliam tranſlationem di=
citur mons trium luminū. Nam de no
cte ex p̄te occidētis illumiābat igne tē=
pli. q2 erat ignis iugis i altari. Mane ex
parte oriētis p̄mo excipiebat radios ſo=
lis anteq̄ illumiaret ciuitatē. Habebat
inſuꝑ in ſe copiā olei qđ ē fomentū lumi
nis. ⁊ iō dr̄ mons triū luminū. In hūc
igit̄ montem xp̄c diſcipulos ire p̄cepit.
Nā in ip̄a die aſcenſiōis bis apparuit. ſe
mel. xj. ap̄lis comedētibus in cenaculo.
Oēs q̄dē tā ap̄li q̄ alij diſcipuli necnō
⁊ mulieres habitabāt i illa p̄te hierl'm q̄
dicebat̄ mello. ſ. in mōte ſyon vbi dauid
conſtruxerat ſibi palaciū. ⁊ erat ibi illud
cenaculū grāde ſtratum in quo dñs p̄ce
pit ſibi pare paſca. ⁊ in illo cenaculo tūc
. xj. ap̄li habitabāt. Ceteri aūt diſcipuli
⁊ mulieres habitabāt circūquaq; per di
uerſa hoſpitia. Dū igit̄ in illo cenaculo
comederēt dñs eis apparuit. ⁊ incredu=
litatē coꝝ exprobrauit. ⁊ cū comediſſet
cū eis ⁊ p̄cepiſſꝫ vt in mōte oliueti v̄ſus
bethaniā irent. ibidem eis iteꝝ apparuit
ac iudiſcrete q̄rentibus rn̄dit. ⁊ eleuatꝭ
manibus eis benedixit. ⁊ inde corā eis i
celū aſcēdit. De loco aūt aſcenſiōis dicit
ſimplicius ep̄us hieroſolimitanus. ⁊ ha
bet̄ in glo. q2 cū ibi poſtea edificata eſſet
ecclia. locus ille i quo inſtiterūt veſtigia
xp̄i aſcendētis nunq̄ potuit ſterni paui
mēto. imo reſiliebāt marmora i ora col=
locantiū. Calcati etiā pulueris a domīo
hoc dicit eē documētū. ꝙ veſtigia imp̄ſ=
ſa cernunt̄ ⁊ eandē adhuc ſpeciem velut
ꝑſſis veſtigijs terra cuſtodit. Circa ſe
cundū quare. ſ. nō ſtati aſcēdit vt reſur
rexit. ſꝫ ꝑ quadragīta dies expectare vo=
luit. Notādū ꝙ hoc fecit ꝓpt̄ tres rōnes
Priō ꝓpt̄ reſurrectiōis certificationem.
difficilius em̄ erat ꝓbare vitatē reſurre
ctionis q̄ paſſiōis. q2 a p̄ma die vſq; ter
ciam vere poterat ꝓbari paſſio. Sed ad
verā reſurrectiōem ꝓbandā plures req̄=
rebant̄. ⁊ iō maius t̄ꝑus req̄rebat̄ int̄ re
ſurrectionē ⁊ aſcenſiōem. q̄ int̄ paſſionē
⁊ reſurrectiōem. De hoc ſic dicit Leo pa
pa in ſ̄mōe de aſcenſiōe. quadragenari⁹
hodie dieꝝ repletus ē nūerus. ſacratiſſi
ma ordinatiōe diſpoſitus. ⁊ ad vtilita=
tē nr̄e eruditiōis impēſus. vt dū a dñō i
hoc ſpacio mora p̄ñtie corꝑalis extendit̄
fides reſurrectionis documētis neceſſa=
rijs muniret̄. Grās agimus diuine di=
ſpenſatiōi ⁊ ſanctoꝝ patꝝ neceſſarie tar=
ditati. Dubitatū eſt ab illis ne dubitare
tur a nobis. Scđo ꝓpter ap̄loꝝ ꝯſolatio
nem. q2 em̄ ꝯſolatiōes diuine ſupabun=
dat tribulatiōibus ⁊ t̄pus paſſiōis fuit
t̄pus tribulatiōis ap̄loꝝ. ideo plures de
buerunt eē dies iſti q̄ illi. Tercio ꝓpter
myſticā ſignificatiōem vt per hoc daret̄
intelligi ꝙ conſolatiōes diuine compa=
rant̄ ad tribulatiōes ſicut annus ad di
em. dies ad horam. hora ad momentū.
Qđ em̄ comparēt ſicut annus ad diem
patꝫ per illud qđ legit̄ Yſa. lxj. p̄dicarē
annū placabilē dño. ⁊ diem vltiōis deo
noſtro. Ecce ꝓ die tribulationis reddit
annū conſolatiōis. Qđ autē comparen
tur ſicut dies ad horam. patꝫ per hoc ꝙ
dñs quadraginta horis mortuus iacu=
it. qđ fuit tribulatiōis ⁊ per quadragin
ta dies reſurgēs diſcipulis apparuit. qđ
fuit conſolatiōis. Vn̄ gloſa quadragin
ta horis mortuus fuerat. ꝓpter hoc qua
draginta diebus ſe viuere confirmabat
Qđ vero comparent̄ ſicut hora ad mo=
mentū inſinuat̄ Yſaie. liiij. In momen
to indignatiōis abſcondi faciem meam
parumper a te. ⁊ in miſericordia ſempi=
terna miſertus ſum tui. Circa terciū
qualiter ſcꝫ aſcendit. Notādū ꝙ aſcen
dit primo potenter. quia ꝓprijs virib⁹.
Yſaie. lxiij. Quis ē iſte q̄ venit de edom
tinctis veſtibus đ boſra? Iſte formoſus
in ſtola ſua gradiēs in multitudine vir=
tutis ſue. Item Ioh̄. iij. Nemo aſcēdit
in celum ſcꝫ ꝓpria virtute: niſi q̄ deſcen
dit de celo filius hominis qui eſt i celo.
Licꝫ em̄ quaſi in quodam globo nubis
aſcenderit. hoc tamen non fecit ꝙ nubis
miniſterio indigeret. ſed vt ꝑ hoc oſten
deret̄ ꝙ oīs creatura parata ē obſequi
creatori ſuo. Ipſe em̄ potentia deitatis
ſue aſcēdit. ⁊ in hoc notat̄ differētia ſ̄m
ꝙ dicit̄ in hyſtoria ſcolaſtica. Nā enoch
tranſlatus eſt. Helias ſubuectus eſt ſed
ihesus ꝓpria virtute aſcēdit p̄mus ſ̄m

Gregꝰ. per coitum generatus ⁊ generās
Secundus generatus ſed non generās.
Tercius non generatus nec generans.
Secundo aſcēdit patenter quia viden=
tibus diſcipulis. Vn̄ dicitur videntibus
illis eleuatus ē. Jtē ioh. xvj. Vado ad
eum qui miſit me. ⁊ nemo ex vobis int=
rogat me quo vadis. glo. Jta palā aſcē
dit. vt nemo interroget quod viſo corpora
li fieri cernat. Jdeo em̄ illis videntibus
aſcēdere voluit vt ipſi teſtes aſcenſionis
exiſterēt. ⁊ naturam humanā in celū fer
ri gauderet. ⁊ ipm̄ ſeq̄ deſideraret. Ter=
cio letanter quia iubilantibus angelis. pſ.
aſcēdit deus in iubilatione. Augꝰ. aſcen
dēte xp̄o pauet om̄e celum. aſtra mirāt.
plaudunt agmina. tube ſonant ⁊ letis ſe
miſcēt blāda modulamīa choris. Quar
to velocit̄ exultauit vt gigas ad curren=
dam viam. Valde em̄ velocit̄ aſcendit
qn̄ tātū ſpacium quaſi in momēto ꝑcur
rit. Refert em̄ rabi Moyſes maximus
ꝑhus. quod quodlibꝫ celū cuiuſlibꝫ plane
te habꝫ in ſpiſſitudine viam quingētoꝝ
annoꝝ. i. ſpaciū tantū quantū poſſet ali=
quis ire ꝑ via plana in quingētis annis
⁊ diſtantia int̄ celum ⁊ celū ē ſimilit̄. vt
dicit via quingētoꝝ annoꝝ. ⁊ iō cū ſint
ſeptē celi erūt. ſm̄ ipm̄ a cētro terre vſqꝫ
ad concauum celi ſaturni. quod ē celum ſe
ptimū. via ſeptēmiliū annoꝝ ⁊ ſeptingē
toꝝ annoꝝ. i. tantū ſpaciū quantū ꝑ via
plana aliquis iret in ſeptē milibꝰ ſeptin
gētis annis ſi tantū viueret. Jta ꝙ qui=
libꝫ annus componat̄ ex. ccc. lxv. diebꝰ
⁊ iter cuiuſlibꝫ die ſit quadraginta mi=
liaria. ⁊ quodlibꝫ miliare ſit duorū mi
lium paſſuum ſiue cubitorum. hec rabi
Moyſes. Utrum autem hoc verum ſit
deus ſcit. Hanc enim menſurationem
ille nouit q̄ omnia fecit in numero. pon=
dere ⁊ menſura. Jſte igitur fuit magnꝰ
ſaltus quem fecit xp̄c de terra. ſ. in celū
⁊ de hoc ſaltu ⁊ quibuſdam alijs ſaltibꝰ
xp̄i ſic dicit Ambroſius. Saltu quodā
xp̄c venit in hunc mundū apud patrē

erat. ⁊ in virginem venit. ⁊ ex virgine in
preſepe tranſilijt. deſcendit in iordanē.
aſcendit in crucem. deſcēdit in tumulū.
ſurrexit e tumulo ⁊ ſedet ad patris dex=
tram. Circa quartum cum quibus. ſ.
aſcendit notandum. ꝙ aſcēdit cum ma=
gna preda hominū ⁊ magna multitudi
ne angelorum. Quod enī cum magna pre
da hominū aſcēdit. patꝫ per illud quod
dicitur in pſ. Aſcendiſti in altum. cepi=
ſti captiuitatem ⁊c̄. Quod autem aſcendit
cum multitudine angelorum. patet per
illas interrogatiōes quas xp̄o aſcēden=
te minores angeli fecerunt maioribus.
vt habetur Yſaie. lxiij. Quis eſt iſte q̄ ve
nit de edom. tinctis veſtibus de boſra.
Ubi dicit gloſa. ꝙ quidam angeli non
plene cognoſcentes myſterium incarna
tionis. paſſionis ⁊ reſurrectiōis. viden=
tes aſcendere ad celos dominū cū mul=
titudine angelorum ⁊ ſanctorum homi
num ꝓpria virtute. ipſum incarnatio=
nis ⁊ paſſionis miſterium admirantur
⁊ angelis comitantibus dominū. dicūt
quis eſt iſte qui venit ⁊c̄. Et ī pſ. Quis
eſt iſte rex glorie. Dyoniſius autem in
libro angelice hierarchie. c. vij. inſinua
re videtur. ꝙ dum xp̄c aſcenderet tres q̄
ſtiones ab angelis facte ſunt. Primam
fecerunt maiores angeli ab inuicem ſibi
ipſis. Secundam fecerunt ipſi maiores
chriſto aſcendenti. Terciam fecerūt mi=
nores maioribus. Querunt igitur inter
ſe maiores dicētes. Quis eſt iſte qui ve=
nit de edom. tinctis veſti. ⁊c̄. edom ſan
guineus interpretatur. boſra minuta. q̄=
ſi diceret. quis eſt iſte qui venit ꝺ mun=
do ſanguineo per peccatum. et minuto
per maliciam contra deum: vel qui venit
de mundo ſanguineo et inferno minu=
to. Reſpondit dominꝰ ego qui loquor
iuſticiam ⁊c̄. Dyoniſius ponit talem lit
teram ego enim dicit diſputo iuſticiam
et iudicium ſalutaris. Jn redemptio=
ne humani generis fuit iuſticia. in q̄tū
ſcꝫ factor creaturā ſuam a dominio alieno



reduxit ⁊ fuit iudiciū in quantū dyabo
lū inuaſorē alieni iuris ab eo quē poſſi=
debat hoīem potent̄ eiecit. Sꝫ ſm̄ hoc
facit Dyoniſius q̄ſtione. cū ipſi ſuperio
res angeli ſint deo proximi ⁊ imediate a
dn̄o illuminent̄. quare abinuicē q̄runt
quaſi abinuicē diſcere cupiētes. Sed ſic
ſoluit ipſe ⁊ cōmentator exponit in eo ꝙ
interrogāt ſignificāt ſe ſciam appetere ī
eo aūt ꝙ primo int̄ ſe conferūt demon=
ſtrant ꝙ diuinā in ſe ꝓceſſionē non au=
dent ꝑuenire. Apud ſe ergo primo int̄=
rogare deliberāt ne forte illumīationē
q̄ ipſis a deo ſit nimis feſtina. interroga
tione ꝑueniāt. Scd̄a q̄ſtio eſt quā fece=
runt ipſi ſup̄mi angeli ad xp̄m: dī. Qua
re ergo rubꝝ ē indumentū tuū. ⁊ veſti=
mēta ſicut calcantiū in torculari. Domi
nus dī habuiſſe indumētū. i. corpus ſu
um rubꝝ. i. ſanguine cruentatū ex eo ꝙ
adhuc dū aſcēderet in corpe ſuo cicatri=
ces habebat. Voluit em̄ cicatrices ī cor=
pore ſuo ſeruare ſm̄ ꝙ dicit Beda quaqꝫ
de cauſis. ait em̄ ſic. Cicatrices dominꝰ
ſeruauit: ⁊ in iudicio ſeruaturus ē vt fi=
dem reſurrectiōis aſtruat. vt ꝓ hoībus
ſupplicando eas patri repn̄tet. vt boni
ꝙ miſericorditer redēpti: videant vt re=
probi ꝙ iuſte ſint damnati. recognoſcāt.
vt ꝑpetue victorie ſue certū triumphū
deferat. Huic ergo queſtioni dn̄s ſic rn̄
det. Torcular calcaui ſolus. ⁊ de genti=
bus nō eſt vir mecū. ⁊ pōt vocari torcu=
lar crux in qua tāq̄ in ꝑlio ſic ꝑſſus eſt.
vt etiā ſanguis ſic effunderet̄. Uel tor=
cular vocat dyabolū q̄ humanū genus
ſic funibus pctōꝝ inuoluit ⁊ ſtrinxit: vt
quicq̄d in eis ſpūale erat exprimeret et
ſolū vinariā remaneret. Sꝫ nr̄ bellator
torcular calcauit. vincula pctōꝝ dirupit
⁊ ī celū aſcendēs poſtmodū tabernā celi
apuit. ⁊ vinū ſanctiſpūs effudit. Tercia
queſtio eſt quā fecerunt minores angeli
maioribus: dicentes. Quis ē iſte rex glo
rie. Quibus illi rn̄derunt. Dn̄s virtutū
ipſe ē rex glorie. De hac angeloꝝ q̄ſtione
⁊ alioꝝ conuenienti rn̄ſione ſic dicit Aug.

Sanctificat̄ diuino comitatu immēſus
aer. ⁊ om̄is illa volitans per aera demo=
num turba xp̄o aſcendente: tranſfugit.
Quibus accurrentes angeli quis eēt ſciſ
ſitabantur: dicentes. Quis eſt iſte rex glo
rie. Quibus alij reſpondentes dixerunt.
Hic eſt ille candidus ⁊ roſeus. Hic ē il=
le qui non habꝫ ſpeciem. neqꝫ decorem.
Jnfirmus in ligno. fortis in ſpolio. vi=
lis in corpuſculo. armatus in ꝑlio. fedus
in morte. pulcer in reſurrectione. candi=
dus ex virgine. rubicūdus in cruce. fu=
ſcus in obprobrio. clarus in celo. Cir
ca quintū. ſ. quo merito aſcēdit. Notan
dum ꝙ triplici merito aſcendit. de quo
ſic dicit hie. Propter veritatem. quia il
la que per ꝓphetas diu ꝓmiſeras adim
pleſti. Et māſuetudinem. q2 ſicut ouis
ꝓ vita populi imolaris. Et iuſticiā nō
cū poteſtate. ſed iuſticia eripuiſti hoīem
⁊ deducet te mirabiliter dextera tua po=
tentia: ſiue v̄tus deducet te hoc eſt in ce
lum. Circa ſextū quo. ſ. aſcendit. No
tandum ꝙ ſuper om̄s celos aſcēdit ſm̄
ꝙ dī Eph. iiij. qui deſcendit ipſe eſt. e
qui aſcendit ſup om̄s celos vt adimple
ret oīa. Super oēs celos dicit: q2 plures
ſunt celi ſup quos ipſe aſcendit. Eſt em̄
celū materiale. rationale. intellectuale. ⁊
ſupſubſtantiale. Celū materiale mul
tiplex eſt. ſ. celum aereū. ⁊ ethereū. olim
piū. igneū ſydereꝝ. criſtallinū. ⁊ empyr
reum. Celū aūt rationale ē hō iuſtus
q̄ dī celū rōne inhabitatiōis diuie. q2 ſi
cut celū ē ſedes. ⁊ habitatio dei ſm̄ ꝙ di
cit̄ Yſa. lxvj. Celū mihi ſedes ē. Sic aīa
iuſti ſm̄ ꝙ dī in ſapia. aīa iuſti ſedes eſt
ſapie. Rōne ꝯuerſatiōis ſcte q2 ſancti ꝑ
ꝯuerſationē ⁊ deſideriū ſp habitāt in ce
lo. Sicut dicebat apl's ad Phil. iij. No
ſtra ꝯuerſatio ī celis ē. Rōe opatiōis ꝯti
nue. q2 ſicut ꝯtinue mouēt. ſic ⁊ ſancti ꝑ
bona opa cōtinue mouēt. Celum in
tellectuale ē angelus. Angeli em̄ dicūt
celum quia inſtar ſunt celi altiſſimi. ra=
tione dignitatiſ ⁊ excellēcie. De quoꝝ di=
gnitate ⁊ excellētia dicit Dyoniſius ī li=

bro de diuinis nõ. ca. iiij. Diuine men=
tes ſunt ſuper reliqua exiſtentia. ⁊ viuūt
ſup reliqua viuētia ⁊ intelligūt ⁊ cogno
ſcunt ſup ſenſum ⁊ rõnem ⁊ pluſꝙ om=
nia exñtia pulcꝝ ⁊ bonū deſiderant ⁊ eo
participāt. Scđo ſunt pulcerrimi ratiõe
nature ⁊ glorie. De quoꝝ pulcritudie di
cit Dyoniſius in eodē lib. Angelus eſt
manifeſtatio occulti lumīs. ſpeculū pu
rum. clariſſimū. incõtaminatū. incoin=
qnatū. imaculatū ſuſcipiens: ſi fas ē dicē
pulcritudinē boniformis deiformitatꝭ.
Tercio ſūt fortiſſimi rõe vtutē ⁊ potētie.
de quoꝝ fortitudine dicit Damaſ. li. ij. c.
iij. Fortes ſunt ⁊ pati ad dei voluntatis
expletiõem. ⁊ vbiqꝫ cõfeſtim inueniunt
vbicūqꝫ diuinus iuſſerit nutus. Celuꝫ
em̄ hꝫ altitudinē. pulcritudinē. fortitu=
dinem. De duobus p̃mis Ecclꝰ. xliij. al=
titudinis firmamētū pulcritudo eiꝰ ⁊c.
De tercio Job. xxxvij. Tu forſitan cuꝫ
illo fabricatus es celos. q̇ ſolidiſſimi q̄ſi
ere fuſi ſunt. Celū aūt ſupſubſtantiale ē
equalitas diuine excellentie de quo xp̄c
venit, ⁊ vſqꝫ ad illud poſtmodū deſcen=
dit de quo dī in pſ̄. A ſūmo celo egreſ=
ſio eius ⁊ occurſus eius vſqꝫ ad ſummū
eius. ſup oēs igit̄ hos celos vſqꝫ ad ipm̄
celum ſupſubſtantiale xp̄c aſcendit. Qđ
em̄ aſcendit ſuper om̄s celos materialeſ
habet̄ p illud qđ dī in pſ̄. Eleuata eſt
magnificentia tua ſup celos deus. Sup
oēs em̄ celos materiales vſqꝫ in ipm̄ ce=
lum empyreū aſcendit: non ſicut Heli
as q̇ in curru igneo aſcēdit. vſqꝫ ad ſub=
lunarem regiõem nec eam tranſcēdit. ſꝫ
in padiſum terreſtrē tranſlatus eſt. que
adeo eminet vt ptingat ad ſublunarem
regiõem nec eā tranſcēdit. In hoc ergo
celo empyreo xp̄c reſidet et eſt ſpecialis
⁊ ꝓpria eius māſio ⁊ angeloꝝ. ⁊ alioruꝫ
ſanctoꝝ. ⁊ cõgrue cõuenit hec habitatio
habitatoribus. Illud em̄ celuꝫ ceteros
celos excellit dignitate. prioritate. ſitu ⁊
ambitu. ⁊ iõ eſt cõueniens hītatio xp̄i.
q̇ omnes celos rõnales et intellectuales
tranſcendit dignitate. eternitate ſitu im

mutabilitatis ⁊ ambitu poteſtatꝭ. Sic̄
eſt congrua habitatio ſctoꝝ. illud em̄ ce
lum ē vniforme. īmobile luminoſitatis
pfecte. ⁊ capacitatis imēſe. Et recte con=
gruit angelis ⁊ ſanctis q̄ fuerunt vnifor
mes in opatiõe: imobiles in dilectiõe. lu
minoſi in fide ſiue cognitiõe. capaces in
ſancti ſpūs receptiõe. ꝙ aūt ſup om̄s ce=
los rõnales. i. om̄s ſanctos aſcēderit. pꝫ
p illud qđ dī: Cañ. ij. Ecce iſte venit ſa=
liens in mõtibus. tranſiliēs colles. ⁊ vo
cant̄ montes angeli. colles vō viri ſācti
Qđ vō ſup om̄s celos intellectuales. i.
angelos aſcenderit. pꝫ p illud qđ dī in
pſ̄. Qui ponis nubes aſcenſuꝫ tuū qui
ambulas ſup pennas ventoꝝ. Itē aſcen=
dit ſuper cherubin ⁊ volauit ſuper pen=
nas ventoꝝ. Qđ autē vſqꝫ ad celum ſup
ſubſtantiale. i. dei equalitatē aſcenderit
Primo raynaldum. ſecundo cōnſtantinum regem romanoꝝ ⁊ alium comitem tres illos oēs ſil̄r leuās q̄i pueros dextra ⁊ leua tulit in carcerem ⁊ viginti pugnatores quos ſil̄iter deportauit. Rotholādus vero fixit eum in vmbilico. Vn̄ clamauit machumeth iuua. q̄ morior. Accurrūt ergo pagani ⁊ portauit euꝫ mox in ciuitateꝫ. Et ſic xp̄iani cum eis intrauerunt. ⁊ p̄fatum gigantem occidunt ⁊ ciuitatem capiunt. Rotholandus gigāti p̄dicauit de trinitate querenti abrahā vidit tres ⁊ vnum adorauit. Item in cithara cum ſonat tria ſunt: ars. manus et corda. In amigdalo tria ſunt. corium teſta nucleus. Sil̄r in ſole. curſus ſplendor ⁊ color. In rota plauſtri. mediū brachia. circulus. In hoīe corpus. aīa. vmbra. Sic vnum eſt tria. Ita in deo tres pſone vnum ſunt. Item querit gigas. Quō potuit virgo parere. Rn̄dit rotholandus. Deus q ſabe. gurgulioni et arbori facit gignere vermes: multoſqꝫ piſces ex aqua ꝓducit. vultures. apes ſerpentes ſine maſculino ſemine facit ꝓleꝫ gignere potuit idem deo ⁊ virginem facere parere. De aſcenſione quereti rn̄dit Rota molendini quantū ad ima deſcenderit de ſupius. tm̄ aſcendit e conuerſo. auis de monte deſcendens redit in altū. ſol in oriente ſurgit ⁊ tendit in occidentem: ⁊ iterum redit in orientem. Ita et xp̄s vn̄ deſcendit iterum aſcendit. Cui gigas. Mō pugnemus ꝓ fide. Poſtea dictū eſt quō exercitus karoli facies eq̄ꝝ lintheis operuit ne viderent laruas hoſtium. et obſtruxerunt aures equoꝝ: ne audirent tympana ꝑ que prius fugati fuerant: qn̄ pagani fecerāt ſingulos viros ante ſingulos equos incedere laruatos: ⁊ tympana ꝑcutientes. vn̄ modo victoriam habuerunt. Tunc karolus irrumpens vexillum in curru abſcidit. a l'is cū ꝓiurqꝫ fugiſſent ſic occidit octo milia paganoꝝ. vrbeꝫ cepit. ⁊ poſtea in hiſpania nemo karolum auſus eſt impugnare. Poſtea venit ad ſctū iacobum ⁊ oīa deſtructa ibi reedificauit. ſtatuitqꝫ ad honorem ſcti iacobi oīs reges ⁊ principes p̄ntes ⁊ futuros epō ſcti iacobi obedire Tunc ego turpinus remenſis archiep̄s ſancti iacobi eccl̄iam ⁊ altare cum ſexaginta epis karoli rogatu kalēdas iunij honorifice dedicaui ⁊ karolus tunc dedit eccleſie ſancti iacobi in dotem totaꝫ galliciam ⁊ hiſpaniam. vt quilibet poſſeſſor domus annuatim quatuor denarios perſolueret et ab omni ſeruitute regis et principum liberi eſſent: ⁊ vt ibi ſint concilia et virge epiſcopales ⁊ corone regales ꝑ manus epiſcopi loci ꝓbeantur. Et beatus iacobus ⁊ iohannes cuꝫ matre pecierunt: vt vnus ſedeat ad dextram alter ad ſiniſtram xp̄i. Johannes in oriente patronus eſt apud epheſum. iacobus in occidente. Romanā ap̄licaꝫ ſedem petrus habet merito. q̄ ipi erant xp̄o p̄ ceteris familiares. Principalis tn̄ erat petrus q̄ xp̄s eum voluit eſſe principem apoſtolorum. Tante fortitudīs fuit karolꝰ. q̄ quatuor ferraturas equi ſimul manibus facile extendebat: ⁊ militem armatum ſtantem ſup palmā ſuā a terra vſqꝫ ad caput ſuuꝫ facile leuabat Tante largitatis. q̄ in quatuor feſtis curiam precipue habuit in hiſpania. videlicet in natiuitate xp̄i. in paſcha. penthecoſte ⁊ iacobi. Per ſingulas noctes euꝫ cuſtodiebāt centum viginti fortes. Prima noctis vigilia quadraginta ei aſtiterunt. decem ad caput. decem ad pedes decem ad dextram. decem ad ſiniſtram dextra ſpatam nudam: ſiniſtra candelaꝫ ardentem habentes. hoc modo ſecundam vigiliam. xl. ſic. xl. terciam vigiliaꝫ fecerunt. Qui plura de virtutibus eius ſcire voluerit: cernat quomodo rome imperator fuit. eccl̄ias ⁊ abbacias inſtituit ſepulcrum domini viſitauit: multorūꝫ ſanctorum corpora in argento ⁊ auro locauit. quomodo lignum crucis ſecum tulit. vn̄ multas eccleſias dotauit. Cuꝫ rediret karolus de hiſpania. adhuc erāt duo reges pagani apud ceſaream augu

ſtam. marſirius ꝛ beligādus frater eius
a rege babilonie de pſide in hiſpaniam
miſſi. qui karolo ficte ſubiacebat. Qui-
bus karolus mandauit vt baptizarent
vel tributum ſibi mittant. qui miſerunt
ei. xxx. equos oneratos auro et argento
gaziſq; hiſpanicis ꝛ. cccc. eq̄s vino dul-
ciſſimo oneratos pugnatoribus ad po-
tandum: ꝛ mille ſaracenos feminas for-
moſas. Nuncio vero karoli ganaleoni
triginta equos oneratos auro ꝛ argento
ꝛ pallijs dederūt vt pugnatores in ma-
nus eorum traderet qd̄ ꝛ fecit. Nunci⁹
karolo munera tulit. ſed vinum ꝛ mu-
lieres acceperunt pugnatores. Dixitq;
rex marſirius ꝙ veniret baptizādus. cui
occurrit karolus cum. lv. milibus: vene-
runt ꝛ pagani: ꝛ hoꝝ viginti milia occi-
derunt xp̄iani. ſimiliter ꝛ. xxx. M. xp̄ia-
norum a paganis ſunt occiſa. Propter
ebetudinem animi ꝛ fornicationē eoꝝ
ibi occiſi ſunt oēs pugnatores. preter ro-
tholandum ꝛ alios quinq;. tunc rotho-
landus cum. c. viris euaſit ꝛ occidit mar-
ſirum ipſe ſolus. iiij. lanceis fixus euaſit.
Tunc marmoreum lapidem trino ictu
in duas ptes diuiſit a ſummo vſq; deor-
ſum gladio ſuo. quem voluit frangere
qn̄ vidit ſe moriturum ne pagani eun-
dem acciperent. cornu ſuum ſufflando fre-
git: ꝛ ceruicem colli ſui leſit. ſocios vocā-
do. Cum ſufflatiōem karolus audiuit
venire voluit ſed p̄fatus traditor eum
auertit: dicens eum in venatōe eſſe. Ad-
huc karolus necem ꝛ traditionem ſuoꝝ
ignorauit. Ad obitū rotholandi venit
theodericus q̄ vidit compunctionem et
oſonem eius. Tribus vicibus carnem
ſuam tetigit dicens. Et in carne mea vi-
debo deum ſaluatorem meū. Sil'r teti-
git ꝛ oculos dicens. Quem viſurus ſum
ego ipſe ꝛc. ꝛ ait. Memento mei dn̄e q̄
ꝓ honore tuo exul morior. memor eſto
ſocioꝝ meorum ſimiliter occiſorū ꝓ te.
tunc ſignans ſe cruce ait. Nunc video
quod oculus nō vidit ꝛc. Et ſic expira-
uit ſanctiſſimus martir rotholandus.

Ego turpinus neſciens rotholandū
defunctum. ipſo die obit⁹ eius miſſam
defunctorum preſente karolo celebraui
xvj. kal'. iulij. ꝛ raptus in extaſi audiui
choros in celeſtibus cantantes ignorās
quid hoc eſſet. Poſt hoc demones qua-
ſi predam ducentes. Quibus dixi quid
fertis? Reſponderunt marſirium ad in-
ferna ſicut michael rotholandum ad ce-
leſtia. Miſſa celebrata dixi hoc karolo.
Cum hoc dicerem venit bladeuuinus
ſuper equum rotholandi dicens ſe ro-
tholandum dereliquiſſe in agonia. cito
exercitus venit ad funus. ſed karolus
primus inuenit eum exanimatum. bra-
chia ſuper pectus poſuerat in formam
crucis. Tunc karolus irruit ſuper eum.
Quis planctū illius explicet? Balſamo
mirha ꝛ aloe conditus eſt: ꝛ cum eo ibi
pernoctauit exercitus. triginta octo an-
norum obijt. Craſtino armati vadunt
ad locum certaminis vbi aliquis amicū
ſuum ſemiuiuum repperit aliquis mor-
tuum. Oliuerium defunctū inueniunt
quatuor palis in terram fixis extenſum
teſtibus retortis: ligatum a collo vſq; ad
vngulas pedum ꝛ manuum excoriatū
ſagittis. lanceis ſpatis perforatum. To-
tum nemus clamoribus impletur. qui-
libȝ ſuum amicum eiulando. Tunc ka-
rolus iurauit per omnipotentem. ꝙ cur-
rere non ceſſaret. donec hos hoſtes inue-
niret. Inuenit eos cenantes quatuor
milia que occidit. Stetit ſol immobilis
ꝛ prolongata eſt dies illa ſpacio trium
dierum. ꝛ inuento traditore genelano.
precepit eū karolus quatuor equis for-
tiſſimis totius exercitus alligari: ꝛ ſup
eos aſſeſſores agitantes contra quatuor
plagas orbis. Et ſic digna morte interijt
diſcerpt⁹ exemplo iude ꝓditoris. Duo-
decim milia talentorum auri veſtes ꝛ ci-
baria data ſunt ꝓ animabus defuncto-
rum. Rotholandus in eccleſia romana
ſepelitur gladius eius ad caput ſuſpen-
ditur. Omnē terram circa oppidum bla-
uieneſis ſex dieꝝ ſpacio vbi rotholand⁹



ſepultus eſt. canonicis regularib⁹ quos
ipſe karolus reſtaurauerat: iuſſit dari.
vt annuatim in anniuerſario ſctī rotho-
landi triginta paupes oībus neceſſarijs
veſtibus induerent. cibis reficerent. tri-
ginta pſalteria ꝛ tot miſſas ꝓ oīm defū-
ctorum aīabus occiſoꝝ dicerent: de reli-
quo ipi viueret. Poſt hoc karolus ſctm̄
dyoniſium honorauit. omnē franciam
eccleſie eius in p̄dio dedit: ꝛ precepit vt
omnes franci p̄ſentes ꝛ futuri etiam re-
ges paſtori eccleſie obedirent: ꝛ quelibet
domus annuatim qtuor denarios da-
ret ipi eccleſie ꝛ ſtans apud corpus beati
dyoniſij orauit ꝓ aīabus occiſoꝝ in hi-
ſpania ꝛ ꝓ his qui libenter p̄fatos dena-
rios ſoluerent. Nocte p̄xima regi dor-
mienti Dyoniſius apparuit eumq; exci-
tauit: dicens. Qui tuo exemplo in hiſpa-
nia occiſi ſunt: vel occidentur: oīm deli-
ctorum veniam impetraui. Sil'r. iiij. de
ſui vulneris medicinā impetraui. Hoc
karolus dixit oībus. Tunc karolus aqſ-
grani mira mū dei operatus eſt. Unde
prouocati ſunt etiam ad bona facienda
multi alij. Tunc mihi turpino mors
karoli reuelata eſt hoc mō. Cum apud
viennam die quadam in extaſi raptus
oſoni vacarem pſalmū deus in adiuto-
rium dicerem: demonum agmina p̄cede-
bant verſus lothoringiam. Cum oīs
tranſiſſent vidi vnum q̄ſi ethiopē greſ-
ſu tardo ſequentem. Cui dixi: quo itis?
Rn̄dit aquiſgranum tollere aīam ka-
roli. Cui dixi. Adiuro te p xp̄m vt rede-
as ad me dicens qd̄ actum ſit. Tunc pa-
rum morati redeunt vt prius ordinati.
Dixi ergo ei cui prius dixeram. quid egi-
ſtis? rn̄dit. Galacianus ſine capite tot
lapides ꝛ ligna eccleſiarum tulit in ſta-
tera. ꝙ plus appenderunt eius bona q̄
mala. Et ideo animam eius a nobis ab-
ſtulit. quo dicto euanuit. Et ego cogno-
ui illa hora karolum eſſe defunctum.
Ipſe etiam mihi quando abinuicem re-
ceſſimus me rogante pmiſit mihi ſi fieri
poſſet nuncium mortis ſue mitteret. Si-
militer ego ſibi de mea morte promiſi.
Unde egrotans ad mortē precepit cui-
dam militi alumno ſuo vt mortē eius
mihi nūciaret. qd̄ ꝛ fecit. Quinto kl'. fe-
bruarij obijt anno dn̄i octingenteſimo
quartodecimo.

Empe illo quo
diuine placuit pietati. anglorū
gentē de malis ſuis corrigere. ꝛ ſue ſer-
uitutis officijs artius aſtringere. glorio-
ſiſſimo normanorum duci gilberto ean-
dem patriam debellādo ſubegit ꝛ eius
v̄tute ꝛ induſtria totius eccleſiaſtice di-
gnitatis in melius reformauit. Cuius
pie intentionis operibus inuidens. ille
bonorum omnium inimicus dyabolus
cum familiarium fraudibus. tum extra-
neorum incurſibus multociens cona-
tus eſt eius obſiſtere ſucceſſibus. Sed
domino protegente. ꝛ timentes ſe regem
glorificante: ad nihilum deductus eſt
malignus. Audientes autem angliam
ſubiectā eſſe normannis: grauiter indi-
gnati ſe ſuo hereditario quaſi iure pri-
uari. arma preparant. claſſem adaptant.
vt eos adeūtes a data ſibi diuinitus pa-
tria expellant. Hoc comperto rex pru-
dentiſſimus vlſinum quendam religio-
ſum abbatem remenſis cenobij accerſi-
tum in daciam dirigit. vt inquirat veri-
tatem huius rei. At ille. vt vir admo-
dum ſagacis ingenij ſtrennue negociū
regis exequitur. quo fideliter pacto ad
angliam cupiens reuerti: mare ingredi-
tur. Etiam maximā partem maris p-
ſpero curſu trāſierat. cum ſubito denſis
ſurgentibus vndiq; ventis: horrida tē-
peſtas celū cōmouit ꝛ vndas. Fatigatis
igit̄ nautis nec vltra obniti valentibus
fractis remis. funibus ruptis cadentib⁹
velis. ſpes oīm ſalutis amittit̄ nihil niſi
ſubmerſionis iudicium deniq; expecta-
tur. Cunq; de ſalute corporum deſpera-
ti. animarū curam ſolūmō creatori ſuo
magnis clamorib⁹ cōmendarēt. ꝛ btām

dei genitricem miſeroꝝ. ſcꝫ refugiū ⁊ de
ſperantium ſpem deuote inclamarent.
ecce ſubito ꝯſpiciunt quendā reuerende
hitudinis virū. pontificali infula deco
ratū. qui inter vndas ſtātē naui ꝓximū.
qui aduocans ad ſe abbatem vlſinū his
verbis cepit compellare di. Vis inq̄t pe
riculum maris euadere? Vis in p̄riam
ſanus redire. Cumqꝫ ille cum fletu ſe id
toto corde deſiderare id ſolum expetere
r̄ndit. Tunc ille. Scias inquit me ad te
a dn̄a meo genitrice dei maria. quā tam
dulciter reclamaſti directum. ⁊ ſic dictis
meis obtemparre volueris: ſanus cum co
mitib⁹ euades innumeris piculū maris
Spondet illico ſe ei in oībus obtempa
turum ſi hoc euaderet piculum. Pro
mitte inquit ille deo ⁊ mihi. q̄ diem cō
ceptionis m̄ris xp̄i ſolēniter annuatim
celebrabis. ⁊ celebrandum p̄dicabis. Et
ille vt vir prudentiſſimus. ⁊ q̄s inquit
dies mihi hoc feſto erit celebrandus?
Sexto ait ydus decembris hoc ſolenni
zandum feſtum tenebis. Et quo inquit
abbas ſeruitō vtemur in eccleſiaſtico of
ficio? Omne inq̄t ſeruitium qḋ dicit̄ in
eius natiuitate: dicet̄ ⁊ in ꝯceptōne eius
excepto ꝙ nomen natiuitatis mutabit̄
in nomen ꝯceptionis. His dictis ille di
ſparuit. ⁊ citius dicto ſedata tempeſtate.
abbas cum ſuis incolumis concito ven
to flatu applicuit anglicis litoribus. Et
q̄ viderat ⁊ audierat: q̄bus potuit notifi
cauit. Statuitqꝫ in remenſi cenobio ide
feſtum ſolēniter celebrare. ⁊ t̄pe quoad
vixit: deuotis obſequijs deuote celebra
uit. Et nos ḡ fratres dilectiſſimi ſi potiū
ſalutiferuꝫ volumus apprehendere: dei
genitricis conceptionem congruis obſe
quijs celebremus. ⁊ ab eius filio digna
mercede remuneremur. q̄ cum p̄re ⁊ ſctō
ſpū viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ.

## Tilia quia ceca

nata fuit. p̄r ſuus eam occidere
voluit. vn̄ m̄r ei⁹ quondā ancille ſue eā
alēndaꝫ cōmiſit. q̄ ꝓpter murmur ppl̄i
iubente m̄re longiſſime cū puero fugit.
vbi cū ip̄a puella nutriret xp̄s ep̄o erhar
do de ptib⁹ bauarie apparuit di. Vade
ad quoddā monaſteriū qḋ dr̄ palma ibi
inuenies puellam a natiuitate cecā. quā
baptizabis nomen otilia impones ei. ⁊
mox poſt baptiſmū viſuꝫ recipiet. Quo
facto cū diu optime in religione ꝓfeciſ
ſet. miſit frī ſuo lr̄as dulcedīe plenas vt
eā p̄ri reconcilians reuocaret. Cui cū p̄r
nō annueret: fili⁹ incōſulto p̄re ꝓ ſorore
miſit. vn̄ p̄r filiū tm̄ verberibus caſtiga
uit ꝙ infirmat⁹ fuit. de q̄ etiā egritudīe
obijt. P̄r vō ex hoc intantū ꝯturbatus
fuit ⁊ cōpunctus: ꝙ ꝓ filia ſua miſit et
mōſterium qḋ ꝯſtruxerat. filie cū oībus
ſuis appendicijs libē donauit. Poſt h⁰
itaqꝫ defunctus eſt. Otilia ſciens p̄rem
ſuū in purgatorio vri: in latere montis
vbi nūc clauſtrū eſt ſitū tm̄ ⁊ tālacrima
biliē orauit. ꝙ celū ſup eā. aptū eſt ⁊ lux
magna circūfulſit eā ⁊ vox dixit ei ꝓpter
te liberatus eſt p̄r tuus. ⁊ in choro p̄riar
chaꝝ collocand⁹ ab angelis ducit̄. Hec
btā preter dies feſtos nihil comedit niſi
panē ordeaceū ⁊ legumina. Pellis vrſi
fuit ꝓ lecto. lapis vero ꝓ cuſſino. Quia
mōs alt⁹ vbi cenobiū otilie ſitū eſt. fecit
paupes q̄rētes elemoſinā ⁊ pegrinos
nimis laborare. fecit inferi⁹ monaſteriū
ꝓ hoſpitali. q̄ locus ſororib⁹ tm̄ placuit
vt etiam ibi ꝯuentū inſtituerent. Ibi in
noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ꝓpria manu
tres tylias plātauit. que vſqꝫ hodie val
de vtiles ſunt in calore. Orando vas
uino vacuum impleuit vino cū quedaꝫ
ſoror inter diuina officia vaſa eſſe vacua
diceret. Item q̄r in baptiſmo viſum re
cepit. ſpūaliter. b. iohēm baptiſtam ve
nerabatur. ⁊ ei eccleſiaꝫ facere cogitauit

Quadā etiam nocte ſe dedit orōni ſ̄
petram vbi nunc magna crux lignea lo
catur ob memoriā tanti miraculi. ibi io
hannem rogabat oñdere ſibi modū edi
ficij. qḋ ⁊ fecit. Iohēs eñ in forma qua
xp̄m baptizauit in maxima tn̄ claritate
ſibi apparens: eccl̄ie locū longitudinem



⁊ latitudineꝫ oñdit. qḋ vidit vna ſoror
lucem vicꝫ: ſed iohēm non vidit. Cui
otilia inhibuit ne ante ipſius obituꝫ ali
cui viſionē manifeſtaret. In inchoatōe
clauſtri iohīs boues cum plauſtro lapi
dum cadūt de monte. q̄bꝫ in latitudīe
lxx. pedes. ⁊ illeſi obuiant ſeruis aſcen
dendo iteꝝ honorati. Venerantem ſer
ui cū gaudio ipos occidere. vt nō eſſent
cibus vermiū ſed hoīm. Otilia ſuā nu
tricem ꝓprijs manibus ſepeliuit. ⁊ poſt
lxxx. annos ſepulcro apto: dextre mamil
la nutricis integra inuenta eſt. q̄ eā quon
dam lactauerat. ⁊ reliquū corpus incine
ratum. Poſt plīma virtutū inſignia oti
lia ſciens finem ſibi adeſſe: ꝯuocatis ad
ſe ſororibus apud ſctm̄ iohēm p̄dicauit
eis. ⁊ rogauit eas orare ꝓ ſe. ⁊ pro patre
ſuo. Poſt h⁰ p̄cepit eis vt irent in orato
rium m̄ris dei virginis marie. ⁊ legerēt
pſalteriū. interim dum hec fierent ipſa
obijt ſola. tantuſqꝫ odor ibi fuit q̄ oīs
domus plene eſſent aromatibus. Rede
untes ſorores cū viderēt m̄rem ſuā ſine
eukariſtia defunctam. adeo inſtant̄ ora
uerēt ꝙ de morte ſuſcitata eis dixit. Cur
me inq̄etaſtis lucie ꝯiuncta fui ⁊ illud
gaudiū hūi qḋ oculus non vidit nec au
ris audiuit. nec in cor hoīs aſcēdit. Rñ
derūt. Nobis fuiſſet ꝯfuſio dn̄a ſi abſqꝫ
cōione ſacra obijſſes. Tūc otilia caliceꝫ
allatū in q̄ erat corpus ⁊ ſanguis xp̄i ꝓ
prijs manib⁹ ꝯtrectauit ⁊ cōicauit. Ob
hoc ideꝫ calix vſqꝫ mō ſeruat̄. Odor vō
p dies. viij. durauit. Martiri lucie ideo
ꝯiuncta fuit. q̄r ipſa otilia duob⁹ modiſ
martir fuit volūtate ⁊ carnis maceratōe

## Aſſio ſancti bo

nifacij martiris ſub dyocleciano
⁊ maximiano. apud tharſum ciuitatem
paſſi ſed rome in via q̄ latina nuncupat̄
ſepulti. Qui cū eſſet ꝓcurator rex cuiuſ
dam nobilis m̄rone noīe Aglaes. ⁊ cuꝫ
ea in ſtupro miſceret̄. tandē vtqꝫ diuino
nutu ꝯpuncti: ꝯſiliū hūerunt vt ad req
rendū corpa martirū bonifaci⁹ mitteret̄
ſt quomodo ſeruientes atqꝫ obſequētes
eis p eorum orōnes ſaluari mererentur
Perueniens igitur p dies aliquot thar
ſum ciuitatem: dixit ad eos qui cum eo
erant bonifacius. Viri euntes requirite
nobis hoſpiciuꝫ. ego aūt ibo videre eos
quos valde deſidero martires certātes
Feſtinans itaqꝫ ad locum vidit beatiſſi
mos martires. alium ſuſpenſum per pe
des igne ſuppoſito alium manibus ab
ſciſſum alium ſtipitem in collo hn̄tem
affixum. ⁊ a terra eleuatum ⁊ ſic p diuer
ſa ſupplicia martiria ab impio carnifice
diſpoſito cū eminus feruens ⁊ ipſe amo
re xp̄i reſpiceret: magnum deuꝫ ſanctoꝝ
martirum clamare cepit. ⁊ accurrens cō
ſedit pedibus eorum deoſculans vincu
la ac dicēs: Certantes martires xp̄i cal
cate dyabolum. Modicum perſeuerate
paruus quidem labor: ſꝫ multa requies
⁊ ineffabilis poſtmodum ſacietas. Iſta
eñ tormenta que ꝓ diuinitatis amore
patimini. t̄palia ſunt ⁊ quaſi in momen
to tranſeuntia. Poſt breuiſſimi eñ t̄pis
ſpacium ad perpetue felicitatis vos trāſ
mittet gaudia. vbi regis veſtri viſione
gaudentes. illicqꝫ celeſtium cantationū
laudes inter choros angelorum immor
talitatis decore veſtiti referentes. in eter
ne calamitatis abyſſos impijſſimo ve
ſtros videbitis cruciari tortores. Aſpi
ciens autem ſimplicius iudex iuſſit euꝫ
applicari ad tribunal: eiqꝫ dixit. Quis
es tu? Sanctus bo. dixit. Xp̄ianus ſuꝫ
⁊ bonifacius vocor. Tunc iratus iudex
iuſſit eū ſuſpendi ⁊ tamdiu corpus eiuſ
vngulis radi. donec oſſa eius appareret
Deinde calamos acutos ſub vngul' ma
nuum eius affigi. Cumqꝫ ſctūs dei mar
tir celum aſpiciens: alacriter dolores to
leraret. videns impius iudex iuſſit ape
riri os eius ⁊ plumbum buliens infun
di. Sanctus autem martir dicebat. gra
tias ago tibi dn̄e ih̄u xp̄i fili dei viui. De
inde iudex iuſſit afferri ollam ⁊ eam pi
ce impleri. atqꝫ verſo capite ſanctū mar
tirem in bulienteꝫ picem mitti. Sed cū

nihil leſus eſſet: iuſſit iudex vt gladio
caput eius abſcinderet. Quo facto terre
motus factus eſt magnus. ita vt mlti in
fideles virtutẽ xpi in martire cernentes
crederent. Conſerui vo martiris bo. cir
cuibant vbiqꝫ reqrentes eũ ⁊ nõ inueni-
entes adinuicẽ dicebant. Ille mõ in ad-
ulterio aut in taberna poſitus epulat.
Cũ ḡ inter ſe colloquerent ꝯtigit vt ob
uiaret eis vnus de cõmentarieñ. quẽ in-
terrogant. vidiſti aliquẽ vir̄ pegrinũ ro
manũ. Ille ait. heſterna die vir pegrin⁹
abſciſſus eſt a capite in ſtadio. Et iteruꝫ
interrogant. qlis erat aſpectus eius. At
illi dixert. Vir qdratus ⁊ craſſus robu-
ſto capillo. coccinia armillaſia indutus
⁊ dicit ille. quẽ qrit apud nos heſterna
die martirio eſt finitus. At illi. Hoiem
quẽ nos qrimus adulter eſt ⁊ ebrioſus.
Dicit eis ille. Venite ⁊ videte eũ. Cũqꝫ
oñdiſſet eis btiſſimi martiris corpus et
pcioſũ caput eius: dixert ei. Iſte eſt quẽ
qrimus petim⁹ vt des nobis eum. Qui
rñdit. Ego gratis corpus eius dare non
poſſũ. Illi aũt dantes ei ſolidos qngen
tos accepert corpus ſcti martiris ⁊ vn-
gentes eũ aromatibus inuoluenteſqꝫ lin
theaminibus pcioſis. poſuert illud in ba-
ſterna. ⁊ ſic reuertebant gaudentes ⁊ glo
rificantes deũ. Angelus aũt dñi appa-
rens dñe cuidã ipſius rem factã b. marti
ris indicauit. q ꝯfeſtim cũ oĩ veneratõe
obuiauit ſctõ corpi ⁊ edificans ei domũ
dignã. repoſuit illud in ea ab vrbe roma
na ſpacio ſtadior. v. Martirizatus eſt
aũt bonifaci⁹. xiiij. die mẽſis maij apud
tharſum metropolim cilicie. ⁊ ſepultus
eſt rome nonas iulij. Beata vo aglaes
abrenũciauit mũdo ⁊ pompis eius: diſtri
buens vniuerſa q poſſidebat egenis ac
monaſterijs: relaxãs vniuerſam familiã
ſuã a iugo ſeruitutis. ⁊ ipa ſine intermiſ
ſione vacans orõibus ⁊ ieiunijs tantã
grãm a dño ihu ꝓmeruit. vt in ei⁹ noĩe
vtutũ clareſceret ſignis ſupuixit aũt in
hitu ſctimoniali ãnis. xij. ſepulta apud
pfatum martirẽ opibus pijs ꝯſummata

# De ſctã Scolaſtica

Soror nanqꝫ bti
bñdicti ſcolaſtica noĩe. oĩpoten-
ti dño ab ipſo puericie ſue tpe dedicata
ad eum ſemel p annum venire cõſueue-
rat. Ad quã vir dei non longe extra ia-
nuam in poſſeſſione monaſterij deſcen
debat. Quadam vero die venit ex more
atqꝫ ad eam cum diſcipulis venerabilis
eius deſcendit frater. q totũ diem in dei
laudibus ſacriſqꝫ colloquijs ducentes.
incũbentibus iam noct tenebris ſimul
acceperunt cibos. Cunqꝫ adhuc ad mẽ-
ſam ſederet. ⁊ inter ſe ſacra eloquia nar-
raſſent. tardiorqꝫ ſe hõ ꝓtraheret. eadẽ
ſctĩmonialis femina ſoror eius eũ roga
uit di. Queſo te ne iſta nocte me deſeras
vt vſqꝫ mane aliquid de celeſtis vite gau
dijs loqmur. Cui ille rñdit. Quid eſt
qd loqueris ſoror? Manere extra cellã
nullatenus poſſum. Tanta vero ſereni
tas celi erat vt nulla in aere nubes appa
reret. Sctĩmonialis aũt femina cum ver
ba fratris negantis audiſſet: inſertas di-
gitis manus ſ menſam poſuit. ⁊ caput
in manibus oĩpotentem dñm rogatura
declinauit. Cunqꝫ leuaret de menſa ca-
put. tanta choruſcationis ⁊ tonitrui vir
tus. tantaqꝫ inundatio pluuie erupit. vt
neqꝫ venerabilis pr̄ bñdictus neqꝫ fr̄s
qui cum eo aderant extra loci limẽ quo
conſederant pedem mouere potuiſſent.
Sctĩmonialis quippe femina caput in
manibus declinans: lacrimarũ fluuios
in menſam fuderat p quos ſerenitatem
aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tar
dius poſt orõnem inundatio illa ſecuta
eſt. ſed tanta fuit cõuenientia orõnis et
inundationis vt de menſa caput iam cũ
tonitruo leuaret. qtenus vnum idemqꝫ
eſſet momentũ ⁊ leuare caput ⁊ pluuiã
deponere. Tunc vir dei inter choruſca-
tiões ⁊ tonitruos atqꝫ ingentis pluuie
inundationes: videns ſe ad monaſteriũ
non poſſe remeare cepit conqri cõtriſta
tus di. Parcat tibi deus oĩpotens ſoror
qd eſt qd feciſti? Cui illa rñdit. Ecce te



rogaui ⁊ me audire noluiſti. rogaui do
minũ meũ ⁊ exaudiuit me. Modo ḡ ſi
poteris egredere. ⁊ me dimiſſa ad mo-
naſterium recede. Ipſe aũt exire extra te
ctũ non valens. q manere ſponte noluit
in loco manſit inuitus. Sicqꝫ factuꝫ eſt
vt totã noctem puigilem ducerent. atqꝫ
p ſacra ſpũalis vite colloqa ſeſe vicaria
relatione ſaciarent. q de re dixi eum vo
luiſſe aliqd: ſed minime potuiſſe. qr ſi ve
nerabilis viri menteꝫ aſpicimus. dubiũ
non eſt ꝙ eãdem ſerenitatẽ voluit in q
deſcenderat pmanere. ſed cõtra hoc qd
voluit in virtute oĩpotẽtis dei ex femie
petitione miraculum inuenit. Nec mir
ꝙ plus illa femina q diu fratrem videre
cupiebat: in eodem tpe valuit. Quia em
iuxta iohis voceꝫ deus caritas eſt. iuſto
valde iudicio illa plus potuit q ampli⁹
amauit. Cunqꝫ die altero eadem ve-
nerabilis femina ad cellam ꝓpriam receſ
ſiſſet vir dei ad monaſteriuꝫ redijt. Cũ
ecce poſt triduum in cella conſiſtens: ele
uatis in aera oculis vidit eiuſdem ſoro
ris ſue aĩam de corpe egreſſaꝫ: in colũbe
ſpẽ celi ſecreta penetrare. Qui tante eius
glĩe congaudens oĩpotenti deo in hym
nis ⁊ laudibus grãs reddidit. eiuſqꝫ ob
itum fratribus denunciauit. quos etiã
ꝓtinus miſit vt eius corpus ad mona-
ſterium deferrent atqꝫ in ſepulcro quod
ſibi ipſe pparerat: ponerent. Quo facto
contigit vt quor mens vna ſemp in deo
fuerat eor quoqꝫ corpora nec ſepet. Eo-
dem vero anno quo de hac vita b. bñdi
ctus erat exiturus qbuſdam diſcipulis
ſecum ꝯuerſantibus. quibuſdam longe
manentibus ſctiſſimi ſui obitus denun
ciauit diem. pñtibus indicens vt audita
p ſilentiũ tegerent abſentibus indicans
qd vel qua le eis ſignum fieret qñ eius
aĩa de corpore exiret. Ante ſextum vero
exitus ſui diem aperiri ſibi ſepulcrum
iubet. qui mox correptus febribus acri
cepit ardore fatigari. Cunqꝫ p dies ſin-
gulos languor ingrauaſceret. vj. die por
tari ſe in oratorium a diſcipulis fecit. ibi



qꝫ exitum ſuum dñici corporis ⁊ ſangui
nis pceptione muniuit atqꝫ inter diſci-
pulorum manus imbecillia menbra ſu
ſtentans. erectis in celuꝫ manibus ſtetit
⁊ vltimum ſpiritum inter verba orõnis
efflauit. qua ſcꝫ die duobus de eo fratri
bus vna in cella commoranti alteri aũt
longius poſito reuelatio vnius atqꝫ in-
diſſimilis viſionis apparuit. Viderũt
nanqꝫ qr ſtrata pallijs. atqꝫ innumeris
choruſcans lampadibus via. recto orien
tis tramite ab eius cella in celum vſqꝫ te
debatur. Cui venerando habitu vir de-
ſuper clarus aſſiſtens. cuius eſſet via
quam cernerent: inquiſiuit. Alij autem
ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ipſe ait
Hec eſt via qua dilectus domini benedi
ctus celum aſcendit. Tunc itaqꝫ ſancti
viri obitum ſicut preſentes diſcipuli vi-
derunt. ita abſentes ex ſigno quod eis
predictum fuerat cognouerunt. Sepul
tus vero eſt in oratorio beati iohannis
baptiſte. quod deſtructa ara appollinis
ipſe conſtruxit.

# De ſancto Ruperto

Hodierna feſtiui
tas ſanctiſſimi ac beatiſſimi pa-
tris noſtri ruperti qua eius nobis in pa
radiſum tranſitum exultabilem reddit
pijs mentibus miſtica gaudia exhibet.
que dum annorum curſus inde voluĩ-
tur: in noſtris cordibus ſemper retenta
iocunditate innouatur. Cum enim di-
cat ſcriptura. In memoria eterna erit iu
ſtus. digne in memoriam vertitur ho-
minum qui ad gaudium tranſit ange-
lorum. Cunqꝫ dicat. Gloria patris eſt
filius ſapiens. quante huius ſunt glorie
qui tot barbaricas nationes ad agnitio
nem dei in chriſto iheſu per euangeli-
um regenerauit.

Tpe nanqꝫ hyloberti regis francorũ
anno ſcꝫ regni eius. ij. ſctus cõfeſſor xpi
in vuormacia habebatur epiſcopus qui
ex regali proſapia francorum nobiliter
ort⁹ nobilior fide ⁊ poteſtate fuit. Erat
enim manſuetus ⁊ caſtus. ſimplex ⁊ pru

dens in laude dei deuotus. plenus ſpū=
ſctō. ꝓuidus in conſilio. iuſtus in iudi=
cio a dextris ⁊ a ſiniſtris. virtutū armis
munitus gregi ſuo forma bene agendi
factus. q̄ q̄d verbis monuit: hec opum
ꝓrogatiua ꝯfirmauit. Hinc em̄ ſe freq̄n
tibus exercebat vigilijs. inde ꝯtinuatis
macerabat inedijs opus ſuū miſcdia or
nabat q̄ theſauros diſpſit. vt ſepe egēte
paupes diteſceret q̄ ſuū ſolum hoc eſſe
credidit q̄d nudus aut inops accepiſſet
Cum igit̄ ꝑcellentiſſima fama huius
viri in fines terraꝝ exijſſet ꝗ plurimi illu
ſtres viri non ſolum a vicinis ſed etiam
ab exteris nationibus ad eius ſctiſſimā
ꝯfluxerunt doctrinam. vt vel illius ſa=
cratiſſimo alloq̄o in triſticia cuiuſlibet
anxietatis ꝯſolationē ſuſciperent. vel ec=
cleſiaſtice religionis ab eo puram verita
tem audirent. Vn̄ ⁊ multi illius beni=
gna deuotione a laq̄eis hoſtis antiqui li
berati ſunt ⁊ vias ppetue vite ingredie=
bant̄. Sed infideles q̄ plurimi erant in
regione vuormacenſi. illius ſctitatē nō
ferentes multis eū ſupplicijs affectum
⁊ virgis ceſum a ciuitate cū magna eie=
cerunt iniuria. Igit̄ eodē tpe theoda
dux bauaroꝝ audiens bti viri ſctitatem
⁊ miracula que faciebat. deſiderauit illū
videre. ⁊ miſſis obtiatibus ſuis obnixe
eū poſtulabat. q̄tenus regiones bauaro
rum viſitare dignaret̄. ⁊ eius ſalutifere
credulitatis viā inſinuaret. Sctūs vero
epūs vbi tante legationis poſtulationes
pcepit: ſciens hm̄oi cām ex diuina diſpē
ſatione ꝓcedere: gr̄as celeſti clementie
agebat. ꝗ ſedentes in tenebris ⁊ vmbra
mortis autorē vite lumē verū xp̄m ihm̄
agnoſcere optarent. Itaq̄ tū eiſdem le=
gatis ſacerdotes ſuos q̄ radios fidei ad
eundē ducē ꝓmiſit. ⁊ ipe nō longo tpiſ
ſpacio interpoſito poſt eos in bauaroꝝ
iter aggredit̄. Q̄d dū p̄fat⁹ dux audiſſet
magno pfuſus gaudio. cū ꝓcinctu ꝓce=
rum ſuoꝝ obuiā ꝓperauit. ⁊ in vrbe ra=
tiſbana cū ſumā alacritate illū excepit.
Tunc ibidē ſctūs ruptus in dicto ieiu=

nio celeſtibus miniſterijs ducē informa
uit. ⁊ in fide vera roborauit. ⁊ ydoloꝝ
cultibus abrenūciare fecit ⁊ in noīe ſcte
⁊ indiuidue trinitatis baptizauit. Ba=
ptizati ſunt cū eo optimates ſui ⁊ ppl's
non modicus nobiliū ac ignobiliū: redē
ptorē mōi laudantiū. q̄ eos de tenebris
in admirabile lumē ſuū vocare dignat⁹
es. Btm̄ ꝯfeſſorē xp̄i p cuius v̄ba irradi
ata ſunt corda tenebroſa. ⁊ infidelium
arentia pectora fontē vite ſitiebat. Ba=
ptizato itaq̄ duce ⁊ pplo. q̄ diuina illu=
ſtrante gr̄a ſacrm̄ ſalutaris lauacri ſuſce
pat. obſecratus a theodone ſctūs ruptuſ
naui aſcenſa p alneū danubij deſcendē=
do: vicis ⁊ caſtellis libera voce euāgeliū
xp̄i p̄dicauit. ⁊ p terminos noricoꝝ vſq̄
ad inferiorē pānoniā. ipſe clara lucerna
ſup candelabꝝ poſita: lumen fidei mini
ſtrādo puenit. Indeq̄ p terrā reuerſus
lauariacenſium vrbē intrauit in q̄ mul
tos aq̄ baptiſmatis regenerando ab ydo
loꝝ cultura ꝯuertit. ⁊ plres varijs lāgue=
ribus oppſſos in noīe dn̄i ſanauit. Lau
riaco nāq̄ digreſſus. in q̄cunq̄ loco am=
plius feruere gentilitatis errorē cogno=
uit. illic intrepid⁹ acceſſit. deſtruēs ydo
la. diminuens ſil'acra cōmendans vbiq̄
dn̄i noſtri ihu xp̄i diuinitatē pariter et
ſacrā eius incarnationē. vt vnus idēq̄
deus eſſe crederet̄ ⁊ hō. an̄ luciferꝝ a pre
deo verus deus genitus in fine tpm̄ ꝓ
hūana ſalute ex virgine m̄re verbū dei
verus hō natus. q̄ illuminat oēm hoīē
venientē in hunc mdm̄. Sed cū iam
vir dn̄i ſm̄ poſtulationē ducis ⁊ ppl'i ſi=
bi locū ad ep̄alem ſedem eligere aptum
meditaret̄ ſecus ſtagnū vualarij laci ve
nit. vbi eccl'iā in honore p̄ncipis apl'oꝝ
petri ꝯſtruxit ⁊ dedicauit. Exijt inde ad
iuuaꝝ fluuiū vbi olim in vano ciuitaſ
fuit q̄ antiq̄s mirabilit̄ extructa tpibus.
inter bauaricas vrbes eminebat nobiliſ=
ſima. ſed tūc raro incola inhitante pene
dilapſa ⁊ virgultis erat coopta. Q̄ue lo
cū ſeruus dei ad cathedrā ep̄alem ꝯſide
rans eſſe ydoneū. quippe inter mōtana



a ppl'ari tumulto ſemotū: ꝓprietate hui⁹
a duce ſibi tradita cum ſūmo ſtudio re=
nouauit. ꝯſtruens ibi baſilicā quā in ho
nore b. petri apl'oꝝ principis dedicauit
⁊ clericoꝝ officijs rebuſq̄ neceſſarijſ mu
nificentia theodonis magnifice dotauit
poſtea vero delegato ſacerdotum officio
oēm ibidē q̄tidie curſū ꝯgruo ordine fe
cit celebrari. Sctūs itaq̄ vir dn̄i cu=
piens augmentare loca a p̄fato duce ali=
q̄uē fiſcum ſuū vocabulo dictū pidigen
inter aurū ⁊ argentū cū millenis cōpa=
uit ſolidis. ⁊ ſic deinceps deo auxiliante
ex traditōne regū ſiue ducū ſiue fideliū
viroꝝ loci res accreſcere ceperūt. Por
ro diebus q̄dam ꝓbabiles viri btō pon
tifici cū magna admiratione narrauerīt
ꝗ ipſi in heremo q̄ tunc tpis v̄bo appel=
latiōis caruit. nūc vuongobi dr̄ celeſtia
ꝓdigia ardentiū lucernaꝝ ter q̄terq̄ vi=
diſſent. ⁊ mirifice ſuauitatis odore ibi re
dolere ſenſiſſent. Mirantibus aūt cun=
ctis q̄ aderant ſup talibus ꝓdigijs ſctūs
ep̄s dominingū p̄ſbiterū ſuū ad eundē
locū miſit p̄cipiens vt veritatē huius ſi=
gni diligenter approbaret ponendo in
eodem loco crucem ligneā quā ip̄e ſctūs
ſua manu bn̄dixit ⁊ illic dixerit. Dom=
ningus v̄o cū illuc pueniſſet. ſtatim pri
mo noctis exordio cum religioſis qui
ſecum aderāt: celitus amiſſas aſpiciebat
claras lucernas deſcendere. ⁊ totam illā
regionē loci inſtar ſolaris radij irradia
re. ⁊ hanc viſionē p tres noctes cū ſuaui
tate mirifici odoris ibi viderat radiare
Tunc ipſe in eodem loco benedictā cru=
cē erexit ⁊ ſupfabricato tugurio ad ſctm̄
ruptum regreſſus eſt priorem aſſertionē
certa relatione confirmans. Sanctuſ
ruptus q̄ȝ cōicans cōſilio cum theodo
ne p ſemetipſum eandem heremū adijt.
⁊ videns locum hūanis hitatōib⁹ poſſe
fieri aptum annoſa robora extirpare ſil=
uarumq̄ condenſa in planiciem campi
redigere ac eccl'iam cum hitaculis ſuo=
rum dei edificare cepit. Hiſdem vero
tpibus theodo aduerſam incidit valitu



dinem. Cunq̄ ſibi vite terminū appro
pinquare ſentiret: vocauit ad ſe theo=
bertum filium ſuum. ⁊ ducem noricoꝝ
illum conſtituit. precipiens ei obedire
ſancto rupto ad xp̄ianitatem ſuam ⁊ ad
opus diuinū illum diligenter adiuuare
ſctm̄q̄ locum iuuanienſ eccl'ie amore.
⁊ honoribus ⁊ dignitatibus iugiter ſub
limare. Cunq̄ huiuſcemodi mandatis
⁊ oībus q̄bus voluerat filiū inſtruxiſ
ſet: vltimū diem clauſit migrās ad dn̄m.
Poſt hoc vero theobertus cum optima
tibus ſuis ad ſctm̄ ruptum viſendi gr̄a
ire prexit. ⁊ veniēs ad illū in ſupradicta
heremo locum pio venerabatur affectu
dans ad eccl'iam quam ſctūs ruptus ibi
conſtruxit. a ſe ipſo duce p̄nte in honore
ſcti maximiani dedicauit. tria miliaria
vndiq̄ de eadem ſilua. ⁊ villam albina
cum ceteris donarijs in alemoniā mo
nachorum quos ſctūs pontifex ibi deo
ſeruiendū poſuerat. His ita geſtis
vidēs vir dei bauarice dignitatis culmē
iugo xp̄i ſeſe ſubdidiſſe: ſȝ gētilitatis er
rore plures inuolutos ſupeſſe. ad p̄riam
ſuam repedauit. ⁊ inde cum. xij. ad p̄di=
candū ſibi ſocijs electis. inter quos erāt
eximij criſantus ciſilarius ambo p̄ſbite
ri. ambo viri ſcti. ⁊ ſecum virginem xp̄i
ſctām erudrudem neptem ſuam addu=
cens q̄ cum tot luminaribus ad vrbem
iuuanienſem regreditur. Tunc in ſupi=
ori caſtro eiuſdem ciuitatis cōſtruxit in
honore dn̄i noſtri ihu xp̄i ⁊ ſue ſcte ge=
nitricis ppetue virginis marie. monaſ=
ſterium. ⁊ ibidem congregationem ſcti=
monialiū poſuit ſctām erudrudem ad
ſeruitium celeſtis regis. atq̄ cum theo=
berti ducis a ſtipulatione q̄ poſſeſſiones
ad illud cenobium tradidit infinitas.
earum ꝯuerſationē p oīa rationabiliter
diſpoſuit. His ita expletis iſte vir beat⁹
inceptum p̄dicationis opus cum ſūmi
opificis adiutorio ſtudēs ad pfectionē
perducere: norica regna diſcipulorum
ſuoꝝ comitante caterua circuire deſtina
uit. ⁊ ab vrbe egrediēs iuuanieſi. gentes

quibus nondum fidei lumē reſplendue
rat: viſitauit. ⁊ eis triticum credulitatis
lolio penitꝰ ſeminauit. Naz a cordibus
eorum barbaricis hoſpitibus dyabolice de
ceptionis pfugatis. illuc intromiſit fidē
caſtitatem. miſcdiam. hūilitatem. p quos
pacificos hitatores xps oīm bonorum lar
gitor ⁊ origo hūane mentis domiciliuz
intrare ſolz. Cūqz ſic bauarorum terminos
circuiret. a coēs ad fidē puertiſſet: eos vt
in fide ſtabiles pmanerent admonuit. ⁊
dimiſſis pſbiteris q ppl'm ad diuina mi
ſteria pſueſceret. ipſe ad vrbē iuuanien
ſem remeare ſtuduit quia ſpū pphetico
repletus diē vocationis ſue inſtare pſci
uit. quē diſcipulis ſuis pnunciauit. Illi
tali ⁊ tam triſti iudicio pſternati cur eoſ
⁊ tā nouellē xpianitatis plebem deſerēt:
lacrimati ſūt. Ille ſpe erecta ad xp̄m vr
bem iuuanienſem ⁊ ppl'm noricorum oipo
tenti deo cōmendauit. ⁊ vitalē virum ſctm
⁊ oī pplo acceptū ſibi fieri ſucceſſorē ele
git. Cum vo dies qdrageſimalis obſer
uantie agerent febriū ardore vir dei fati
gari cepit. Cumqz ſctiſſima dies reſurre
ctionis xpi illuxiſſet. ſolēnia miſſarum cele
brauit. et munitꝰ ſacro ſcti corpis xpi
viatico. poſt dulces paterne pietatis ad
monitiones ⁊ poſt extrema caritatis ver
ba fres pfirmātis. inter ſctās manus la
crimantiū voces. inter pios plangentiū
ſingultus. cetus angelici a qbuſdam reli
gioſis viris in celo audiebant. q voce
canora aīam ſctām ferebant ad eternam
felicitatem.

# Empore diocle

ciani ſctus florianꝰ princeps offi
cij milicie fuit. de q. xl. milites crediderūt
xpo. Qui ab aquilino pfecto ad partes
noricorum. i. bauarorum deſtinati. apud lau
reatum ſupplicijs affecti incarcerantur
Tunc ſctūs florianus vltro ſe xpianum
confitet ⁊ cum flecti non poſſet ad cultū
ydolorum bis duriter ceſus eſt. ⁊ acutis fu
ſtibus ſcapule eius pfodiunt. Tandem
iubet aqlinus vt a ponte in flumē auiſi
precipitet. Orat ſctūs. ſtudent lictores.
ſed vnus alijs atrocior ſctm̄ precipitat:
cuius oculi ſtatim vidētibus oībus cre
puerunt. Martir aſcendens ptra fluxū
fluuij in magno ſaxo. Aqla aduolat ex
panſis alis in modum crucis tegit corpꝰ
Mrone deuote ſctūs apparuit. Iungit
illa aīalia ⁊ corpus virgultꝰ inuoluit ne
a pſecutoribus videat. ſed cum eſtu aīa
lia deficerent. ad preces femine fons erū
pit q vſqz hodie fluit. Venientes g bo
ues ad locum martiri paratum vltra ſe
mouere non poterant: ibiqz ſepultus mi
raculis multipliciter choruſcat.

# Acta ē perſecu

tio xpianorum a diocletiano im
patore vt ſiquis inuentus fuiſſet non ſa
crificare dijs. multis ſupplicijs interiret
Audiens hoc b. eraſ. fugiens ex anthio
chia ciuitate: heremū petijt ⁊ hītauit in
ea annis. vij. vbi in monte libano die ac
nocte dn̄m deprecans multa mirabilia
egit. Nam eſca ei de celo veniebat p coruum.
etiam angeli loquebant cum eo.
Diuerſe etiam fere veniebant in cellam
eius ⁊ pſternebant ſe ad veſtigia eius ⁊
facta eſt ad eum vox de celo di. Eraſ. de
ſcende ad tuam ciuitatem. ⁊ ſtatim ſur
rexit ⁊ deſcendit ad ciuitatez. Cumqz de
ſcendiſſet multi qdem vexabant a ſpiri
tibus immundis ⁊ occurrebant ei. Tūc
b. eraſ. imponebat eis manꝰ in noīe dn̄i
⁊ ſtatim ſalui fiebant. Multos etiam p
baptiſmū puertebat ad dn̄m. hoc audi
ens diocle: impator iuſſit b. eraſ. teneri
⁊ pn̄tari ſibi. Cum introduceret ſeden
te impatore. p tribūali interrogauit eū
di. Quid vis eſſe aut de quo genere es?
tunc b. eraſ. dixit. Xpianus ſum. ⁊ ipm
confiteor. Erat b. eraſ. nō ſolum ſpū ſz
etiam corpore pulcer. Vultus etiaz eius
angelicus. oculi eius tanq radij ſolis.
loquela eius ſine vlla offenſione securꝰ
rn̄debat: nō trepidabat. Et ait impator
Acquieſce ⁊ ſacrifica dijs meis ne male
moriaris. Dixit ei b. eraſ. Hoc impator





nunq ero facturus vt lapidibus ⁊ ſcul
ptilibus quibus tu ipſe ſimilis es ego ſa
crificem. ſed ego ſacrifico deo viuo qui
fecit celum ⁊ terrā mare ⁊ oīa que in eis
ſunt. ipſi ſoli ſeruio. ⁊ aīa mea nam tibi
nunq conſentio. Tunc impator furore
repletus iuſſit miniſtros plūbatis tūdi
latera eius. Qui dum cederet: reſpexit
in celum ⁊ dixit. gras tibi ago dn̄e ihu
xpe qui es via in te credentiuz. qr pueni
ad qd deſiderat aīa mea. adiuua ſeruuz
tuum vt non me abſorbeat abiſſus mor
tis. tunc impator di. eraſ. video te iuue
nem pulcrum conſule aīe tue. ⁊ ſacrifica
dijs meis ⁊ dabo tibi aurum ⁊ argentū.
veſtem ineſtimabilem ⁊ faciam te nobi
lem in palatio meo. Dixit ei b. eraſmus.
Lupe rapax ſeductor aīarū: non premia
tua ſeperent me a caritate xpi. Nam au
rum ⁊ argentum ⁊ veſtes tue ineſtima
biles ſint tecum in dies perdicionis tue
ego aūt habeo loricam fidei quam infer
nus corrumpere non pōt. tu vero cum
patre tuo dyabolo eris in ignem eternū
arſurus. Impator furore repletus iuſſit
b. eraſ. fuſtibus mactari. ⁊ ter binos mu
tans ⁊ in dorſo eius nulla macula vide
batur. Vniuerſa vero plebs clamabat
di. Vere magnus eſt deus xpianorum qui
tantam virtutez operat in illo. Impera
tor dixit ad ppl'm. Erraſtis. artes male
ficorum operatur iſte. Dixit b. eraſmus.
Nōne ⁊ tu dyabolus es ſimilis illi qui
primo pthoplaſtum de paradiſo piecit
Impie carnifex. draco iniquitatis dux
maleficorum. maleficia mea xp̄s eſt filiꝰ
dei viui quez virgo genuit maria ex ver
bo pris quem pphete venturum pdicaue
runt. qui ſoluit pctā mundi. illuminans
tenebras ignorantie nre. qui te pcutiet
in eternum cui tu rationem redditurus
es. Imperator furore repletus iuſſit be.
eraſmi carnes vncis ferreis effodi: gratu
lans pſallens ppheticū pſalmū deo ca
nebat: dicens. Poſuerunt hieruſalez vt
pomorum cuſtodiam poſuerūt morticina
ſeruorum tuorū beſtijs terre. Tunc im
perator furore repletur. iuſſit miniſtris
plumbum. picem. ſulphur. ⁊ reſinam cū
cera ⁊ oleo ſolui. ⁊ b. eraſmum pfundi
Stabat aūt angelus dn̄i cum eo q ei re
frigeriuz pſtabat. Tūc. b. eraſ. dixit im
peratori. vbi ſunt mine tue ⁊ furor tuuſ
magnus. ecce corpori meo pſtitiſti ma
gnum refrigeriū. Vniuerſa vero plebs
clamabat di. Dimitte hominez iſtum. ⁊
epm ciuitatis ſue qr deus xpianorū opa
tur in illo. Et ecce ſubito factus eſt ter
remotus magnus. tonitrua choruſcatio
nes ita vt pene tercia pars ppl'i moreret
Angelus vero dn̄i cū ſctō eraſ. ſtabat et
cecos homines ad xpi lumen deducebat
Imperator autem fugiens quaſi timēs
ciuitatem ab ira dei pire. locutus eſt ad
populum ⁊ dixit. iſte quem vidiſtis deū
blaſphemauit. ideo talis eſt conturbatō
Tunc imperator repletus furore iuſſit
beatum eraſmum in carcerem introdu
ci. et ſexaginta pondera ferri in ceruī
cem vel in manibus eius poni. Et pre
cepit miniſtris vt ſi quis inuentus fu
iſſet panem vel aquam ei dare morte
moreretur. Et fecerunt miniſtri ſicut
imperauit eis. Imperator autem anulo
ſuo ſignauit oſtium carceris. Et circa
mediam noctem exclamauit beatus era
ſmus ad dominum dicens. Domīe ihe
ſu chriſte accelera ⁊ eripe me. ne glorie
tur inimicus in ſeruis tuis ne dicant gen
tes vbi eſt deus eorum. Et ecce ſubito
carcer illuxit. et fragrauit quaſi fuiſſet
aromatibus plenus et viſa ſunt velut
duodecim candelabra ardentia ante be
atum eraſmum martirem et epiſcopum
Angelus domini ingreſſus fuerat ad
eum dicens. Eraſme ecce ego veni ad
te. et ſtatim liquefactum eſt ferrum tan
q cera. et in medio eorum ſtabat pſal
lens et benedicebat deum dicens. Be
nedictus eſt domīe qui feciſti celūz et ter
ram. cui aſtant angeli ⁊ archangeli cum
tremore. et numerus martiruz qui paſſi
ſunt ppt te. q feciſti miſcdiaz cū ſeruo tuo
⁊ liberaſti aīaz meā de maibꝰ inimicorū

fecit liberaſti ſydrac myſac ⁊ abdenago
de medio fornacis ignis ardētis ⁊ dͤ ma
nu nabuchodo. regis. et ſicut danielē fa
mulū tuū de lacu leonū ⁊ oblato prādio
p abachuc ꝓphetā ſaturaſti ⁊ ſuſannam
de falſo crimine liberaſti. ita ⁊ mecū feci
ſti miſericordiā. ⁊ ecce angelus dn̄i dixit
ad eū. Eraſme exurge ⁊ ambula mecuꝫ
vſqꝫ in ytaliā. ibi tibi dn̄s eternā vita tri
buet in ſcl'm ſeculi. Et quaſi colūba xp̄i
plaudēs ſic i lugrido depoſuit. Alia vo
die currens ad carcerē. ſignatū anuli ſui
īuenit. Cūqꝫ deſignaſſꝫ p̄cepit miniſtriſ
adducite magnū q̄ deos meos ꝓ nihilo
fecit. ingreſſi aūt carcerē nuſq̄ eū īuene-
runt. ferrū vo ſicut cinis inuētū ē. Et fa
ctus eſt clamor magnus dicentiū. homi
nem nō īuenimꝰ. nā ⁊ ipꝫ ferrū nobis ci
nis videt̄ eē. Qd̄ vt audiuit īpator ala-
pam ſibi in frōte pcuſſit dicēs. Ue mihi
deluſuꝫ eſt regnū meū. q̄ dicturꝰ ero po-
pulo meo? Uenerūt eni quaſi. xl. milia
viroꝝ et mulieꝝ ad ſpectaculum militis
xp̄i. turbabat̄ tota ciuitas ī tremore grā
di poſita. xp̄iani xp̄ianū q̄rebāt. vidue et
orphani ep̄ꝫ reqrebāt di. quid feciſti ho
mini iuſto? Tūc īpator timore pterritꝰ
dixit. q2 a deo eiꝰ in celū raptꝰ fuiſſet: ⁊ p
p̄miū magnū ſe redemiſſꝫ. Et eū. b. eraſ.
in lugrido veniſſet ml'tos in xp̄i noīe ba
ptizās oīa v̄tutibꝰ opabat̄. nā infirmos
⁊ cecos orōnibus ſaluabat. Nā erat ibi
quidā nobilis ⁊ p̄marius ciuitatis noīe
anaſtaſius. cuius filius mortuꝰ fuerat ⁊
corpus eius ad ſepulcrū ducebat̄. iuſſuꝫ
eni fuerat a dn̄o. b. eraſ. vt eū reſuſcitarꝫ
⁊ redderet pentibus ſuis. ⁊ appħendens
b. eraſ. corpus defuncti. dixit patri eius
Anaſtaſi ſi credis in dn̄o ihu xp̄o q̄ natꝰ
eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine. re-
cipies filiū tuū ſaluū. Multa eni turba
ppl'i mirabat̄ ad hec v̄ba. Anaſtaſiꝰ di
xit. et tu potes filiū meū reſuſcitare. Be
atus eraſ. dixit. Nō ego. ſꝫ dn̄s ihs xp̄c
cui ego ſeruio. Anaſtaſius dixit. Si filiū
meū ſaluū mihi reddideris credo ego et
domus mea et populꝰ vniuerſus. Tunc

b. eraſ. iuſſit corpus eius deponi ſecreto?
patrē ⁊ matrē iuſſit ſtare flexis genubuſ
ſuper corpus eius dixit. In nomine ihu
xp̄i ſurge. Cūqꝫ ſurrexiſſet clamauit vo-
ce magna. Uere quia magnus eſt deus
xp̄ianorum. et conuerſus ad patreꝫ ait.
Pater vſqꝫ nunc errauimus. Dij eni q̄s
colebamus nihil ſunt. vidi eni eos in in
ferno nō habere requiem a tortoribus.
Deus autem viuus famuli eraſ: magnꝰ
eſt. Et credidit anaſtaſius et tota domꝰ
eius ⁊ populus vniuerſus qui in illa ho
ra fuerunt baptizati. qui ſunt quaſi. xl.
milia hominum. Tunc. b. eraſ. exclama
uit voce magna di. Gratias ago tibi do
mine ihu xp̄e qui congregaſti populum
tuum in via veritatis. Tu enim dixiſti
euangelica voce. Petite et accipietiſ: que
rite et inuenietis. pulſate et aperietur vo
bis. Benedic populum tuuꝫ hunc quē
acquiſiſti. Et facta eſt ad eum vox de ce
lo di. Eraſ. ſerue bone qui pro me labo-
raſti in terra. omnia quecūqꝫ petieris da
buntur tibi. Et benedixit dominus po-
pulum hunc qui crediderunt. In illa
hora omnia ydola que colebantur ver-
tebant. Per ſeptem auteꝫ dies. b. eraſmꝰ
docens populum et confirmans in do-
ctrina xp̄i dicebat. Cuſtodite mandata
eius q̄ audiſtis. ⁊ m̄aglia dei q̄ fecit i vo
bis. induti fide etiam fideles eſtote. Au
diens hoc maximianus īpator q̄ facta fu
erunt in lugrido ciuitate a ꝓbo iniqſſi-
mo hoīe ⁊ ſacrilego q̄ dixit. Audi pie i-
pator q̄ facta ſunt ī ciuitate tua. Regnū
tuū deluſuꝫ ē. et dij nr̄i neſcio quo hoīe
antioceno ſubuerſi ſunt q̄ ꝯfitet̄ illū ihꝫ
xp̄ꝫ qui crucifixus ē ab hoībus in iudea
deum eſſe. Quo audito imperator iuſſit
beatuꝫ eraſmuꝫ teneri. ⁊ preparatum tri
bunal aſcēdit et ĩgreſſus eſt beatus eraſ-
mus. Ad quem ait imperator. Dic tu
ſcelerate homo que tibi ē religio. Tunc
beatus eraſmus tacuit. ſꝫ oculis ſuis re-
ſpexit in celuꝫ. Imperator dixit.
Nichil loqueris. Et iuſſit maxillas ſu-
as cōtundi? Tunc beatus eraſmꝰ dixit.



Lupe rapax plenus iniquitate. malefice
q̄d pſequeris ſeruū dei. Impator dixit
None h̄ ipſe eſt q̄ crucifixus eſt ab hoībꝰ
in iudea? ſctūs Eraſ. r̄ndit. Ego ipius
ſeruus ſum. Maximianus dixit. Talis
ſis q̄lis ⁊ ille. ⁊ ſic moriaris. Tūc. b. eraſ.
ſubridens ait illi. Optime impator bn̄
dixiſti mihi. vtinā illius ego merear ve
ſtigia ſeq̄ q2 effuſio ſanguis ipius nr̄a il-
luminatio eſt. quē ſi velis agnoſcere ⁊ illū
credere ſaluus eris. Impator dixit. Tu
in illū credas ⁊ genus tuū. Btūs eraſ.
dixit. Optime dixiſti mihi. plane q2 ſic
credimus. Hoſtias hūilitatis ⁊ tribula
tionis munera offerimus ei qui ſaluauit
ppl'm ſuū a ptīs eorum. Impator dixit
Cōſule tibi ⁊ accede ⁊ ſacrifica dijs me-
is. Sctūs eraſ. r̄ndit. Quibus dijs me
iubes ſacrificare. Impator dixit. Si ti-
bi dixero: cōſentis. Btūs eraſ. dixit. Si
videro forte facio. Tunc gaudio repletꝰ
impator cū vniuerſo pp'lo vſqꝫ ad tēplū
iouis iuſſit hoīem dei deduci ad ciuita
tem firmitanā ⁊ p̄cepit organa ⁊ oē genꝰ
muſicoꝝ in templo parari. Et hᵒ vidēs
b. eraſ. ingemuit corde ⁊ oculos ſuos ad
celuꝫ direxit di. Xp̄e fili dei eſto pn̄s in
iſta hora ⁊ mitte angelū tuuꝫ q̄ mihi au
xilietur. ⁊ cōfirmet me in iſta hora a pu-
gna dyaboli quā mihi p̄parauit. Cūqꝫ
peruiniſſet in templū. b. eraſ. di. Ubi eſt
deus quē iubes me adorare? Impator
aūt appħendens manū eius ingreſſus ē
templū ⁊ oñdit ei ſtatuā eream magni-
tudinis eius cubitoꝝ. xij. ⁊ dixit. Ecce deꝰ
meus cui ego ſeruio. Statim vt dyabo
lus aſpexit facieꝫ martiris xp̄i cecidit ſta
tua ⁊ in cinerē v̄ſa eſt. ⁊ exiuit draco ma
gnus ex illa. ⁊ occidit pene terciam pteꝫ
ppl'i. Impator vt vidit ſe eſſe deluſum
aſcendit equū ⁊ ad palaciū pgebat. per
cutiens pectus ſuum dixit. Ue mihi de
luſum eſt regnū meum. neſcio a q̄ hoīe
antiocena. Magna at̄ pars ppl'i clama-
bat. Serue ſctē dei ora ꝓ nobis: vt non
pereamus ab iſto dracone. Tunc. b. eraſ.
impauit draconi vt quenq̄ hoīem non

cōtaminaret. Uidēs aūt vniuerſus pp'ls
firmitanoꝝ q̄ntas virtutes p ſeruū ſuū
opabatur. ceperūt oēs credē xp̄o. Btūs
aūt eraſ. dixit: Ecce q̄les virtutes opat̄
deus in eos q̄ credunt in illū. ⁊ baptiza-
ti ſunt q̄ſi q̄draginta milia hoīm. Erat
eni gaudium in celo ⁊ ſpectacula ange-
loꝝ ⁊ quō ps dyaboli pugnabat aduer-
ſus electos dei ⁊ non valebant mentes
eoꝝ auertere a cogitatōne dei. Tunc an
geli voce magna clamabant. Gloria in
excelſis deo. ⁊ in terra pax hoībus bone
voluntatis. Qui ſic fuerant ad dn̄m cō-
uerſi r̄nderunt. amen. Conturbata eſt
oīs firmitana. Cōterritus vero impator
miſit armatos ⁊ iuſſit oīs qui ad dn̄m
conuerſi ſunt. gladio puniri. Martiri-
zauerunt etiam trecentos. xxx. hoīes cō-
mendantes ſe orōnibus ſcti eraſmi mar
tiris. quibus ait. Ite in noīe dn̄i felicit̄
ad ſctām ciuitatem quā p̄parauit vobiſ
dn̄s. ⁊ ego poſt modicū tp̄us ſubſequor
Erant aūt angeli currentes p nubes celi
ſuſcipientes aīas eoꝝ. ⁊ triumphantes
martires vſqꝫ ad celum pduxerunt. Et
audita ēſt vox pſallentiuꝫ ⁊ dicentium
All'a. Uia iuſtoruꝫ recta facta eſt. ⁊ iter
ſctoꝝ p̄patū eſt. Qd̄ audiens btūs eraſ.
gratulatuit vt bonus paſtor ſup oues ſu-
as quas tradidit xp̄o. Tūc impator fu
benedicti ſeruientium congregationem
decētiſſime declinauit. Porro cooperan-
te ei in omibus imperiali maieſtate. idē
monaſterium omi ornatu decorauit. añ
principale altare yconam de auro ⁊ lapi-
dibus precioſiſſimis ſtatuit. calices au-
reos ⁊ argēteos. catinos aureos. aureos
vrceos [?]. pallas ⁊ caſulas. vela ⁊ cortinas.
cappas auro ⁊ gēmis precioſis intextas.
⁊ cetera vtenſilia ſiue vaſa ad miniſteria
tanto ſtudio ⁊ tam ſumptuoſis expenſis
eidem eccleſie contulit. vt quicūqꝫ ea in-
tuentur regiam munificentiam et mirā
vtriuſqꝫ imperatoris videlicet ⁊ impera-

tricis deuotionem in deum. magnopere
mirari non ceſſent. Preter has principa-
les ſue operationis ⁊ primarias eccleſi-
as. que cōuentualis eccleſia. que mona-
ſteria illorum donatiuo non gloriantur
ſe aut in predijs dilatatas aut decoratas
ornamētis. Alias enim antiquitate col-
lapſas reedificauerunt. quaſdam etiam
deſtructas ⁊ ad nihilum redactas in pri-
ſtinum vel etiam in meliorem ſtatū in-
ſtaurauerunt. Et ſicuti prudentes virgi-
nes oleum ſue miſericordie in diuerſos
effuderunt. vt merito dicere poſſint xpi
bonus odor ſumus in omi loco. O con-
iugium non voluptate ſed bona volun-
tate copulatum. O ſanctum matrimo-
nium vbi vna fides inuiolate caſtitatis.
vbi vnus ſpiritus miſericordie ⁊ verita-
tis. vbi idem velle in virtutibus. ideꝫ
nolle in vicijs. vbi nec primus nec alter
diſcerni potuit dum alter quod primus
voluit. vbi par animus in multipharijs
operum effectibus pares in duobꝰ oſten-
dit affectus. quales has nuptias dixeri:
neſcio. vnum ſcio quia noſtra modo ne-
ſcit regio tales. dum ꝓpter regnum celo-
rum ſe caſtrantes. nec ꝓlem terrene fecū-
ditatis expectantes. celibem a deo gene-
rationem reciperēt. a quorū ore laus dei
nunq̄ deficiet. Hec eſt generatio querē-
tium dominū. qui viuētes in xpo mem-
bra ſua mortificantes ꝓpter chriſtum ſu-
per terram morientium. modo regnan-
tes cum chriſto bona domini ſui videtis
regione viuentium. Quoniam de vi-
ta ⁊ miraculis pij Heinrici xpianiſſimi
imperatoris ꝯmiſerationibus varijs q̄s
fecit in domo domini. De ſignis quoqꝫ
⁊ miraculis que poſt tranſitum ipſius ꝑ
eum fecit deus. ſatis ac digne ſcripta ſan-
cta recepit eccleſia. nunc animū pupugit
ac in mentem venit vitam me memorā-
de virginis noſtre breuiter explicare. et
memorie ſcripto cōmendare. vt ad exem-
plum eius ſe intuentes quecūqꝫ v̓gines.
quecunqꝫ vere vidue perfecte vite nor-
mam arbitrentur conuerſationem illiꝰ.

Indignum enim nobis et magis opere
precium digne duximus. vt illi officium
ſubtrahamus oris. cuius ꝓuidētia quo-
tidie alimēta percipimus corpis. Hein-
rico itaqꝫ ſuo ſue caſtitatis patiētiſſimo
ſemper cuſtode vbi eam ſuis virginē vti
tranſduxerat in chriſto reſignauit. ad ce-
leſtiaqꝫ iugiter ſuſpirabat gaudia trāſla-
to. illa ſe ad deum vt ſemper totam con-
tulit ipſum ſue caſtitati. neceſſitati ac ſa-
luti adeſſe illum ſuis eccleſijs. illū filijs
quos ei in ipſo aggregauerat preſentem
affore. aduocare. vigilijs orationibus in-
ſtare. die practicam cum martha noctu
contemplatiuam cum maria vitam age-
re non ceſſabat. Quāta vero elemoſina-
rum largitate. quanta orationis inſtan-
tia. ꝓ beati coniugis defuncti anima de-
ſudauerit. in ſubſcripta pagina quā ipſa
per ſe (nam litterarum ⁊ artium aliarū
diſtinguere auro gemmiſqꝫ ſacras veſtes
paratiſſima fuit) compoſuit ⁊ ſcripſit q̄-
cunqꝫ voluerit agnoſcere poterit.

Kunegundis diuia
diſpenſatione ſolo imperatrix noīe. ſpe-
cialiter dilecte congregationi confugia.
quicquid iuſte conuenit dilectiōi. ꝓprie
aduerſitatis ſarcinā facilius (veluti eſti-
mo) tolerarem. Sic veſtras res ſaluas
incolumeſqꝫ exiſtere viderem. Quāuis
enim mens ꝓcelloſiſqꝫ curarum flucti-
bus vndiqꝫ quatiatur veſtre tamē recor-
dationis anchora a cordis ꝓfunditate
non euellitur. Et licet longe remoti ab
oculis. ab animo tamen nunq̄ recedetis
quis nos ſeparabit a caritate xpi ÷ caſus
doloris an longinquitas remotiōis. qn
etiam ſi amiſiſſe facultatis vſus concede-
retur: volūtas hec operis exhibitōe com-
probaretur. Ipſum tamen modicū q̄
adhuc deo volente reliquum tenemus.
veſtre cōmunitioni alienum eſſe nolu-
mus. vt participatione paruitatis reue-
letur magnitudo deuotionis. Dat nāqꝫ
ſi parum habuerit parum filijs tribuit.
Ecce hec modici ſumptus munuſcula

ad refectionem vobis mittuntur carnis
vt animam ſenioris patris veſtri conti-
nua orationis alimonia reficiatis. quo-
niam tot iuſtorum preces vnanimit̄ cō-
tinuate apud deum multum poſſunt ꝓ-
ficere. iacobo atteſtante. multū valet de-
precatio iuſti aſſidua. Ille etiā atqꝫ etiā
iuſtus dominus qui iuſticias dilexit. eq̄-
tatem ſupplicationis exaudire nō reſpu-
it: ſed vobis indefeſſis interceſſoribus ſui
predicti cari memoriam facientibus. ſa-
lutis dabit premiū. q̄d ipſe ꝓmittit dicēs.
q̄ pſeuerauerit vſqꝫ in finem ſaluus erit.
Atqꝫ bonū opus ī ꝯſpectu etiā dei pla-
citū eſſe cernitis. ſi nō ſolū ꝓ illis qui in
hac vita poſiti. multa vobis dona: ſed q̄
nulla fecerūt: oraueritis. Obſecro ergo
vt eum a cordibus vr̄is nūq̄ abijciatis.
q̄ vos tanq̄ ꝓprias amauit. atqꝫ hūc lo-
cū veſtra ſeruitute florere voluit. Eſto-
te q̄ꝫ mee neceſſitatis mēores. ſp in hilari-
tate cordis miſericordes. ſm illud apl̄i. di-
lectio ſine ſimulatōe. Necnō vr̄e mētis ī
q̄dā mutue caritatis ſoliditatē magis ac
magis ꝯcreſcāt. q̄tenꝰ ī die tribulatōis cla-
morē vr̄m ipiꝰ aures exaudiāt. q̄ dic. vbi
duo vl̄ tres ꝯgregati fuerit ī noīe meo ī
medio eoꝝ ſū. Q̄d vos oī mō ꝓmērī hor-
tor eoꝫ p̄ſtāte q̄ cū pr̄e ⁊ fi. ⁊. ſ. ſ. viuit ⁊
regnat ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ: Amen.

Deniqꝫ conrado ſi-
bi ſuccedente in regno. ipſa curis ſecula-
ribus ſicut iam diu deſiderauerat exone-
rata. iam in ipſo anniuerſario die tranſi-
tus ſancti heinrici. archiepiſcopus cum
epiſcopis ad dedicationem confugienſis
eccleſie conuocauit. vbi inter miſſarū ſo-
lennia imperiali decentiſſime omni or-
natu cultu ante principale altare virgo
deo deuota ꝓceſſit. ibiqꝫ theſaurum in-
comparabilem. ligni videlicet dominici
crucem. paruam quidem in materia: ſed
maximā ī virtute dn̄i obtulit. at vbi le-
ctio euangelij in qua ſuper arborem cru-
cis aſcendēs conſpicientem ſe hieſum ſu-
ſcipere ⁊ ab eo benedictionē puſillꝰ me-

ruit accipe lecta fuit regalē purpurā exu
ens. tunicā fuſtiorē quā ipſa ſibi manibꝰ
ſuis opata fuerat. ſacerdotali bñdictōe
data. veſtē religionis induit ⁊ multis q=
dem ꝓ ſe flentibus. ꝓ illa autē gauden
tibus. q̄ iam ſeculū damnaſſꝫ in veſtibꝰ.
capillis qui huc uſqꝫ in eodē monaſterio
ꝓ veneratiōe ſeruant̄ paſſis. impoſito ſi
bi ab ep̄o velo anulo fidei ſubarrata. gra
tulabunda ſuccinuit. Poſuit ſignū in fa
ciē meā ⁊ anulo ſuo ſubarrauit me. dñs
meus hieſus xp̄c. Ita ſponſo xp̄o conſe=
crata dum filiaꝝ ſuaꝝ ſe ſanctiſſimo con
tubernio applicuiſſꝫ. nō vt mat̄ filiabus
ſe p̄ferebat: ſed oībus inſeruiens. ſeruilē
perſonam ſe oſtendebat. ita tñ vt cū om=
nia faceret: oſtentationē fugeret ſingulo=
rum. ne reciperet in p̄ſenti ſeculo merce=
dem ſuam. Operabat̄ manibus ſuis ſci
ens ſcriptū eſſe. qui nō operat̄ non man=
ducet. Sponſo ſuo aut orans loquebat̄.
aut pſallens ad eccleſie limina pene inui=
ſa ꝯperabat. nihil ſeueritate illius iocū=
dius. nihil iocūditate ſeuerius. triſtis in
riſu. in triſticia ſuauis. breui vite ſpaciū
eterna memoria compenſabat. Idem il
le orōnis locus ⁊ quietis fuit. idem ſem
per habitus. incultū corpus. dum ſciret
reijciēdas delitias corpis. qđ paulopoſt
vermibus exarandū fuit. ſemp eam lege
re aut legentē audire vidiſſes. multa illi
circa contubernales deuotio. frequēs de
cubantiū viſitatio ſollicita pauperꝝ con
ſolatio. Preterea eam feciſſe plura mi
racula credimus: ſed ꝙ gloriā humanā
⁊ oleum adulatiōis ſemp fugeret illa vo
luit eſſe ſuppreſſa. aut incurie hoīum ſeu
reuolutioni temporꝝ nō defectui deputā
dum virtutū. Vñ etiā tante maiſtati in
digna ſcribēdi maior materia fuit. pauca
tm̄ q̄ in ſcriptis repimꝰ. vel veridica ſan
ctimonialiū vbi illa ꝓ xp̄o militabat re
latiōe cognouimus. hic inſerere dignū
duximus. Cū poſt orōnis frequētiā int̄
lectiōis laſſitudinē ancilla xp̄i i lecto nō
plumis extructo: ſed cilitio ſtrato mem=
bra ſopore grauata remiſiſſꝫ. Puella ſa=
cra q̄ de more illi aſſidebat. ſacros codi
ces leges. cū fere ad mediū noctis lectio=
nē extēderet. caligātes oculos clauſit. lu=
menqꝫ e māibus elapſū. paleas corripi=
ens ſui fragore circūiacētes ſorores exci=
tauit. clamore ex ꝑcuſſu facto v̄go xp̄i de
ſomno excuſſa. dū colluctātes int̄ ſe flā=
mas circa ſe aſpexit: ad oratōnis arma ſe
ꝯuertit ⁊ ſigno crucis aduſtionē illam
abſqꝫ omi ſuaꝝ leſione veſtium auertit.
Tua hec xp̄e opa q̇ babilonē regē i ſuo
furore cōfudiſti. ⁊ babilonios ignes vt
pueri tui liberent̄ illeſi. Aliud mira=
culū tā timendū ꝙ mirandū huic placu
it ſubſcribere. i quo animi illiꝰ ꝯſtantiā
⁊ rigoris ſeueritatē diſcere poteris. Ha
buit ſecū ſororis ſue filiā iutā noīe. quā
a p̄mis annis educatā oī diſciplina ſecu=
lariū quoqꝫ lr̄aꝝ ſcīa iſtruxerat. Hec ma
terterā n̄ nunꝰ religiōis ꝙ dilectōis amo
re in monaſterio ſecuta: ⁊ cōſecrata fuit.
Hāc in oībus plene inſtructā. vt eius in
orōnibus vigilijs ac ieiunijs ꝑſeueran=
tiā ⁊ a dño patiam ꝑſpexit. oīum a ſenſu
⁊ rogatu p̄mā in ip̄o cenobio eā abbatiſ=
ſam p̄fecit. Cū v̄go mat̄ filiā ſuſcipiens
iux̄ cōmunitionē ſanctā iādudū habitā
p̄cedētiū patꝝ repetēs alloqa. monet ob
ſalutꝭ affectū vtilia ac deo placita ſepe di
cere frequent̄ audire. ſolitas religioſi iti
neris vias nō deſerere. magis magiſqꝫ er
rorꝝ deuia. ⁊ dyaboli calcare figmēta. nul
lā luci ac tenebris. v̄itati atqꝫ mendatio
turpitudini atqꝫ egeſtati. apud dei ſuos
docꝫ eſſe coīonē. ſollicite cauē ne vana ſe
ctando deſineret eē tēplū dei. fieret habi
tatio tenebraꝝ. fieret demoīs monumen
tū. lumīa ſua i dei defigere aſpectū. Pri=
māqꝫ docꝫ facere vt fructū doctrīe ſue ip
ſa i ill' deo adiuuāte poſſit iuenire. Hec
⁊ hmōi iteꝝ atqꝫ iteꝝ materno ſtudio ei
inculcās. q̄ſi in oībus iā ꝑfectā ⁊ ip̄a ma
giſtrā venerari cepit. Illa vbi i matura
libertate poſita eſt paulatim a rigore ſuo
deficere. meliorem cultū. lautiorē cibū.
viciorꝝ alimēta deſiderare. vltima in cho
ro. prima in ꝯuiuio puellaꝝ fabulis in=



terec. ⁊ in oībus laxius ſe agere cepit. ꝓ
hmōi leuitatibus dum eam ſancta dei
priuatim inter ſe. publice corā oībus ar=
gueret ſepius obſecraret. increparet. nec
illa velut materte patrocinio aut famili=
aritate vane cōfiſa emendaret. quadam
die cum ip̄a cum cōuentu crucem (naꝫ
dies dñi cuius erat) ſequitur. abbatiſſa
defuit. quā illa inquirens et epulantem
cū cocis in ꝯdam repiens. Zelo pietatꝭ
armata cum verbo correptionis dextraꝫ
maxillam eius percuſſit. q̄ quaſi ſigillū
quoddā formā digitoꝝ accepit. q̄ omni
rp̄e vite ſue nō caruit. De quo nimirū
facto ꝯſtat. quia nō tm̄ ꝓ ſe ſꝫ aliorum
emendatione hoc ptulit. vt huius viſio
alijs ꝓficeret et ad melioris vite ſtatum
a vitijs ſuis retorqueret. Forte ⁊
illud detractoribus fabuloſum ⁊ infide
libus videre ncdibile putabitur. ꝙ ſan=
ctitatē illius quā gratia humilitatis ip̄a
homines latere voluit elemēta loquūt̄.
Denqꝫ cum poſt lectionē euangelij ſuo
ſolenni amore ad altare ſacrificatura ac
cederet. dextera manus ſue cirothecā de
trahens. cū nullus q̇ reciperet adeſſet. a ſe
reiecit: quā radius ſolis ꝑ feneſtre rimu=
las intrans ſuſcepit ⁊ tādiu. quaſi famu=
lando ſuſtinuit. donec illa poſt ſacrifici=
um rediens eam reciperet. Tale etiā quid
in beati veſte goaris aliqñ diuina v̄tu=
te oſtenſum fuiſſe legitur. q̇ dū a ſede tu=
ſtici treuerēſis pontificis deſpicit̄. a ſum
ma maieſtate ꝑ maioris lumīaris famula=
tū honoratur. Omniū itaqꝫ capax erat
meritorū. q̄ iudicē cunctoꝝ meruit. hie
vit tumm. Quindecī in ſancto ꝓpoſito
ſuperuixit annos. tā humilitatis grā ꝙ ꝓ
religionis reuerētia oībus admiranda.
Tandē ꝓ nimia ciboꝝ abſtinentia. ora
tionis ⁊ vigiliaꝝ incredibili ꝑſeuerātia
cepit corpe langueſcere ⁊ ingraueſcente
morbo paulatim deficere. ſed dū membra
dolore cōtraherent̄ exteriꝰ tm̄ ſpū (quia
laus dei in ore eius) ſp ꝯſortabat̄ interi
us. Vocabat ſanctos angelos quorum
hic vita. illic nunc cōſortio fruit̄. apoſto
los et cōfeſſores quorū fidē ſp ⁊ cōfeſſio
nem tenuit. interpellabat. virginū xp̄i in
ſuo exitu inuitabat choꝝ. quaꝝ emulati
one in carne dū p̄ter carnē viueret. ima=
culatum xp̄o ꝯſecrauerat choꝝ. omniū
deo famulantiū ſibi adeſſe ſibi occurre=
re orabat auxiliū. Vere qđ ſcriptū eſt. di
ligentibus deū oīa coopant̄ in bonū. in
obitu tante virginis vidimus cōproba
tum. necdū ſpiritum exalauerat. necdū
xp̄o debitā reddiderat vitā. ⁊ iam fama
volans tanti p̄nuncia luctus. nō tantū
ſacratas virgines aut diuerſi ordines vi
ros. ſed ⁊ totius vrbis populos ad exeq=
as cōgregabat. Sonabāt pſalmi ⁊ totā
domū. vbi ſacꝝ corpuſculū in medio ſu
per illo nobili ſuo cilitio ꝯpoſitū iacebat
in ſublime reſonās letania ꝓ exeūte aīa
quatiebat. Interiꝫ ex more regales tāꝙ
i patricia. nō vt paupcule obeūt̄ ſoror pa=
rantur obſequie. aurea feretro obtenden
da ꝓferunt̄ vel amina. Cum illa pallen
tes vultus quos ante vt ſponſo venienti
letos videres ad os retorquere manu
annuere. amictus iſte ait nō eſt meꝰ. au=
ferte hinc. Ornatus hic alienus eſt. his
terreno ſponſo. iſtis celeſti ſum copula=
ta. nuda d' vtero matris mee egreſſa ſū
nuda regrediar illuc. his miſere vilem
carnis materiā inuoluite. ⁊ corpuſculum
meū iux̄ tumulū fr̄is mei ac dñi Hein=
rici ip̄atoris quē me vocātē video in pro
prio locello reponite. His iam dictis in
man⁹ dñi ſpūm ꝯmendās carnis ſarcina
abiecta ad ſuū aīa reuolauit autorē ⁊ in
anti quā poſſeſſionē diu peregrinata con
ſcendit. terris matrē cōmunē ſe amiſiſſe
flentibus. celis aūt ꝯciuē in ſuū ꝯſortiū
ſe ſuſcepiſſe gaudentibus. Ita demū ſa=
cro illo corpe feretro ſuppoſito. nobiliū
ordine p̄euntē. multis hinc inde ꝯfluen
tibꝰ turmis cū illo ſibi ſp familiariſſimo
pauperꝝ ꝯtubernio. ad locū p̄deſtinatū
ſepulture felices exequie vſqꝫ dlate ſunt
Cum vero relictas vrbes. vacua rura. de
ſolatas ciuitates vndiqꝫ ꝯcurrere popu
los vidēs. mr̄es puulos ſuos i brachijs

geſtantes. infirmos in grabatis iacẽtes. ſanitatis gratiam ſperare. felicem ſe credere. ſi cui aut feretro iungi. aut ab ipõ cõtigiſſet obumbrari. Tandem in eccleſiam beati petri corpus nõ ſine labore deportatũ triduanas ibi meritis ſuis ac beneficijs cõdignas habuit exequias. Filij quos ipſa illic in xp̃o aggregauerat d̃ matris pace iam ſecuri. ꝓ ſe aũt ſolliciti inceſſanter pſallebant. dum eaꝫ ſibi ad horam ſubtractam ſine timore amiſſionis in ſpe ꝑpetue interceſſiõis recepiſſe plaudebant mater de celo filioꝝ proſpectãs affectum gaudebat. ita velatum ſacruꝫ corpus ſacris veſtibus dyademate xp̃i ſuppoſito. ſuo loculo in dextro latere. ſicut hactenus veneratur repoſitum eſt. O felix bãbergeñ. eccĩa. recepiſti theſaurum quem amiſeras. procax et malefica lingua detractorum occultoruꝫ teſtimonio confutata eſt. dum virginitas eius rebus approbata: ſanctitas clareſcentibꝰ ſignis videtur teſtificata. per xp̃m dñm noſtrum. Xp̃iane religioni profitẽs fidelis eccleſia. que in euãgelio voce domini teſtante. dei mater et filia per gratiam nominatur. Mater quia ſancte operatiõis exemplo. filios domino generat filia quia virginis filio pro ſalute mundi incarnato. eruditione ſanctorum patrum quotidie generatur. ſalutẽ miſſaꝫ a dño celeſtis archiatri effectibus medicine plenã tã corpis auribꝰ animaduertat. Mundane machine ꝯditor. humano generi ꝑ iobedientiã lapſo ꝯdolẽs vt eterne vite fructus facientẽ nouã plãtationẽ. ſ. primitiuã eccĩam inſereret. patriarchas ꝛ ꝓphetas in mũdum mittere dignatꝰ eſt. Qui creditũ ſibi officiũ quãq; corpis ſenſibꝰ ſecto quoq; q̃ ẽ ſpũs ꝓphie. miſterium incarnationis xp̃i. et oĩa q̃ de ipõ annuncianda erant predicãtes. alij aſperitate vite. alij diuerſis penarũ mortibꝰ ipi quẽ ꝓphetabãt famulatũ ſuũ fideliẽ impleuerunt. Hoꝝ lumen xp̃c eterni patris ꝯſilio ꝓ liberandis hoĩbꝰ de intemeritate virginis vtero ꝓceſſit. vt iã inchoate plantatiõi miſſis ꝑ orbẽ apl'os atq; d̃ ſuo corpe fuſo cruore fabricatã. nouellã ſuperedificaret eccĩam. q̃ ſancte trinitatꝭ fide ibuta. ꝛ mũdata baptiſmi grã. martires cõfeſſores ꝛ infirmi ſexꝰ ṽgines. aĩo tñ cõſtantes ꝓmitias obtulit. Inter q̃s beata kunegundis flos bãbergẽ. eccleſie cum ſancto Heinrico q romanũ tenuit ĩpium. ſub ꝯiugij ſpecie. ĩmortali ſpõſo caſte virginitatis honore deſeruiuit. vñ iam eius ſanctitatis merita ꝑ orbẽ manifeſta declaratione apparent. quia in loco vbi ſanctum corpus eius quieſcit infirmi quacunq; laborantes egritudine ſanitatem recipiunt. Ut autẽ ad omnia cautiſſimi teſtes ſimus: veritatis amatoribus. etati noſtre ſuccedentibus de his que ſcribimus curioſe indagantibus. ſ. quo tempore curationũ operationes meritis p̃fate imperatricis initium habuerunt largiente domino ꝓut poſſumus explicare volumus. Anno dominice incarnationis. Mclxxxix. Indictiõe. ij. Thiemone. xiij. Bambergeñ. eccĩe epõ quarto pontificatus ſui anno. ad vincula ſancti petri. ne de ſanctitate p̃dicte virginis ambigeremus ſignorum experientia certificati ſumus. Nam dum ſolito more populus ad p̃dictum locum orationum et vigiliarum cã cõueniſſet. affuit etiã quidã demoniacus de villa q̃ dicitẽ beyrreut. qui nec pietatẽ agnoſcẽs nec ſcelus abhorrens. filium ſuum igne cremauerat. hic duris funibus aſtrictus ad ſepulcrum ſancte kunegũdis ita mãſueſcere cepit. vt furiali morbo abſolutꝰ deũ oĩpotentẽ laudaret. eiq; cuiꝰ patrocinantis meritis hoc accidiſſe cognouit cũ caterua q̃ pñs extiterat. debitas laudes declamaret. Igitẽ dũ hec cũ ſolennitate chori ꝛ populi deuotiõe agerentẽ. quidã ꝯtractus in ſuburbio de hoſpitali ſancti Egidij adductꝰ. ſanitatẽ poſtulabat. ꝛ miſericorditer exauditus. qđ p̃ca atur obtinuit. Dũ ſignoꝝ fama totũ bãbergenſeꝫ locũ reſperſiſſꝫ. ꝯtractꝰ de domo conradi p̃poſiti maioris eccĩe



ſanitatẽ affectãs. ꝛ q̃uis natura in membus eius oberraſſet. tñ ꝓut potuit velocius reptãs. venerabili ſepulcro ſe ingeſſit. vbi a dño ſalutẽ optatã inuenit.

Audiens hoc etiã contractus de domo ottonis in eadẽ eccĩa canonici. venit quãtocius ad locũ ſepulcri ſperans ſibi ex bñficio grẽ ſicut ceterꝭ ſubueniri cui ſine mora ſubuentũ ẽẽ in xp̃o teſtamur.

Gloriosa virgo ꝛ martir Dorothea. ex p̃re doro et matre thea fuit progenita ex nobili ſanguine ſenatorũ. Illis tpibꝰ viguit pſecutio xp̃ianoꝝ in terra romanoꝝ. Un ipſe dorus ſpernens ydola. romana derelinquens p̃dia. cũ poſſeſſionibꝰ. agris. vineis. caſtris ac domibus. trãſfretauit cum vxore ſua et duabus filiabus criſten ꝛ caliſten. prexit ĩ regnũ capadocie, venitq; in ciuitatem ceſareã ibiq; habitãs genuit filiã de cuius vita nũc intendimus loqui. Et ipſa genita ꝑ in more xp̃ianoruꝫ occulte baptizata ẽ a quodaꝫ epõ ſancto qui nomẽ ei impoſuit ex patre ꝛ matre cõpoſitum. Dorothea aũt ipſa puella repleta ẽ ſpũſancto. ṽtutibꝰ ꝛ omni pacis diſciplina ĩbuta. formoſa valde ſup omnes puellas regionis illius. Quod inuidus ſerpens inimicus caſtitatis dyabolus ñ ſuſtinens. fabriciuꝫ terre p̃fectũ in amorem ṽginis dorothee ſtimulans. vt ipſaꝫ carnali cõcupiſcẽtia appeteret. Qui mittens ꝓ ea ſpondens theſauꝝ et res abſq; computi determinatione ꝓ dote ꝓdere ipſam legitimo thoro ꝓducendã. Audiens hoc dulcis dorothea quaſi lutũ terre deſpiciens terrenas diuitias. ꝛ intrepida ſe xp̃o deſponſatã fatebatẽ. Qđ audiens fabricius furore ſuccenſus mox eã in doliũ plenũ feruẽtis olei mitti iuſſit. Ipſaq; adiutorio xp̃i illeſa manens ac ſi balſamo vngeretẽ. Multi autẽ paganorum videntes hoc miraculũ intra ſe ad xp̃m ꝯuertuntur. Fabricius vero credẽs hoc magicis artibus fieri. ipſaꝫ in carcerem recluſit. ix. diebꝰ abſq; ciborum alimentis. que nutrita a ſanctis angelis. dũ ꝓducitur ad tribunal pulcrior q̃ nũq̃ viſa fuerit apparuit. cunctiq; mirabantẽ q̃ tot diebus abſq; cibo tam formoſa videretur. Fabriciꝰ vero dixit. Niſi deos in preſenti adores. eculei penas nõ euades. Dorothea reſpondit. Deum adoro non demonẽ. dij enim tui dmones ſunt et ꝓſtrata in terram eleuatiſq; in celum oculis. orauit ad dominum vt oſtenderet omnipotentiam ſuam. et q̃ ipſe ſit ſolus deus. et non alius preter eum. Erexerat nanq; fabricius columnam et deſuper ydolum et ecce multitudo angeloꝝ cum impetu veniens contriuit ydolum. q̃ nec particula columne inueniretur. Exaudita eſt vox demonum per aera clamantium. Dorothea cur nos ſic vaſtas? et multa milia paganoꝝ ad chriſtum manifeſte conuertebantur. qui etiam martirij palmã ingreſſi ſunt. Ipſa aũt dorothea eculeo ẽ ſuſpenſa. pedibus eleuatis. vncis laceratur corpus eius. virgis caſtigatur. flagellis flagellatur deinde ad mamillas virgineas facule ardentes applicate ſunt. et ipſa ſemimortua vſq; ad craſtinum recluſa eſt. De mane producta nec vlla macula nec vlla leſio apparuit. de quo etiã cũ ipẽ preſes miraretẽ dixit ei. Adhuc reuertaris o amena puella. ſatis nanq; caſtigata es. et miſit eaꝫ ad duas ſorores ſuas criſten et caliſten q̃ metu mortis a chriſto receſſerant vt ipſe Dorotheam ſororem ſuam a chriſto auellerent. Dorothea autem leniter alloquens predictas ſorores. auferens ab eis cecitatem cordis. et eas ad chriſtum conuertit. Quod audiens Fabriciꝰ ambas ſorores dorſo ad dorſum ligari fecit et in ignem proijci et cremari. Et dixit dorothee. Quouſq; malefica nos protrahis. aut ſacrifica ꝛ viuas. aut ſñia capitali plecteriſ. illa leto vultu reſpõdit. Quicqđ vis paſſura ſuꝫ ꝓ xp̃o dño ꝛ ſponſo meo. in cuiꝰ orto oliue ꝛ roſas cũ pomis

colligā. ⁊ letabor cū ipſo ineternū. Hoc audiens tyrannus in ſeipm̄ infremuit: p̄cepitq; vt pulcritudo eius ⁊ facies ei⁹ baculis ⁊ fuſtibus cederet. ⁊ vt tortores fatigarent. ⁊ ꝙ nec veſtigia faciei in ipſa apparerent. ⁊ in carcere ſeruata in craſtinū. Demane vo̍ ꝑducit illeſa a ſaluatore nr̄o curata ſnīa capitali iudicat. Et dū extra muros ducit vidēs eā theophilus ꝓthonotarius regni. q̄ illuſorie roſas de viridario ſpōſi ſui petēs ſibi mitti. qd̄ illa ꝓmiſit. Cū aūt venit ad locū decollationis. rogauit dn̄m ꝑ oībus q̄ ad honorē ſui noīs ſue memoriā paſſionis pagerēt. vt in oībus ſaluarent tribulationibus. ⁊ p̄cipue a verecundia. paupertate. ⁊ a falſo crimine liberarent. ⁊ in fine vite ↄtritionē ⁊ remiſſiōez oīm pctōrum obtinerēt. mulieres vo̍ parientes nomen eius inuocantes celerez ſentiant in doloribus ꝓfectū. Et ecce vox de celo audita eſt. veni electa mea oīa q̄ petiſti: impetraſti. Dorothea vo̍ inclinata ad ictum ſpiculatoris. apparuit puer purpura indutus. diſcalciatus. criſpo capite in cuius veſte auree ſtelle fuerunt. ferēs in manu orariū. i. ſportulā cum tribus roſis ⁊ tot malis. Cui dorothea. Obſecro te dn̄e mi. feras eas theophilo ſcribe ⁊ decollata eſt. ⁊ ad xp̄m ſuū ſponſum feliciter collocata ē. Paſſa ē aūt glⁱoſa virgo ⁊ martir dorothea āno dn̄i. cdxxxviij ydus februarij a fabricio p̄ſide ſub diocletiano ⁊ maximiano imꝑatoribus romanoꝝ. Theophilus aūt ſtans in pallatio p̄ſidis ⁊ ecce puer apparuit circa eū ⁊ ſuſtulit eū in partē dicens. Has roſas cum pomis mittit tibi ſoror mea dorothea de paradiſo ſponſi ſui. Puer vero diſparuit. Tunc theophilus ꝓrupit in voces laudando ⁊ gl̄ificando xp̄m deuz dorothee. q̄ menſe februario. dū magna frigora terrā cogebāt. ne aliq̄d virgultū frondib⁹ veſtit roſas ⁊ poma q̄bus vult mittere potens eſt. cuius nomē ſit bn̄dictum. Et illius affirmatione ⁊ p̄dicatōe fere tota terra ↄuertit. videns hec tyrānus. plibus generibus tormentoꝝ ꝙ dorotheā cruciauit. Vltimū vo̍ in particulas minimas ſuccidi iuſſit. ⁊ volatilib⁹ ad manducandū ꝓijcit. Theophilus vo̍ ſacro baptiſmate miſtico corꝑe ⁊ ſanguine xp̄i cōicatus eſt. Perrexit ad xp̄m q̄ gl̄ificat ſctōs ſuos. ⁊ gl̄ificat ipē in eis. q̄ pr̄i ſctōq; ſpūi ↄſubſtātialis ⁊ coetern⁹ viuit ⁊ regnat de⁹ in ſecula ſeculoꝝ amē.

Wolfgang⁹ natione quidē almannus: genere vero ingenuus ab ipſis infantie rudimentis deū fontē vite ſitiens. ⁊ ſcti ſpūs gr̄a illuſtratus. q̄uis mūdi amatoribus videret ↄtemptibilis. magna meritoꝝ p̄rogatiua eminere cepit. Nā reuera nece eſt vt quē mūdus odit: diligat a deo. Sctōs viros in hoc ſeculo ↄſtat pegrinos eſſe ⁊ hoſpites. Vn̄ ⁊ rep̄hendit petrus ꝙ tabernaculū i mōte fieri cogitauit q̄r ſctīs in hoc mūdo tabernaculum non eſt quibus pr̄ia ⁊ domus in celo eſt. Sancti viri funditus ſeculo renūciantes. ita huic mundo moriūtur. vt ſoli deo viuere delectentur. Quantoq; ab huius ſeculi cōuerſatione ⁊ ſubtrahunt. tanto interne mentis acie. preſentiam dei ⁊ angelice ſocietatis frequentiam contemplantur. Qui enim renunciat rebus ſuis. ſua abnegat. qui vero renunciat moribus prauis. ſemetipſum ſcilicet abnegat. Hoc adimpleuit beatus vuolfgangus. primum inter canonicos laudabilem ⁊ caſtam vitam duxerat. Deinde arctioribus regulis implicari deſiderans. in ſueuia apud cenobitas. qui ſolidarij vocantur monachice vite normaz ꝓfeſſus eſt. In qua quanto rigore: qualiq; obſeruantia vixerit. ⁊ virtutū ſuaꝝ exitus ⁊ dn̄s e ſibi diuinitus viſiōis patefecit ꝓuent⁹. Nā cum. b. vuolfgangus adhuc in paterno ſolo poſitus. peregrinari pro amore diuino affectaret. ⁊ huiuſmōi deſiderijs ſanctorum ſe ſuffragijs iugiter commendaret beatum xp̄i confeſſorem othmarum cui ſe ſuaq; frequentiſſime commenda-



bat ſibi in ſomnis aſtare videbat. quem iuſſus intendere ab eo hmōi accepit verba. q̄r rogatus a te. rogaui dn̄m ꝓ te. manifeſto tibi nunc futura quedā. Pauꝑ ⁊ inops de hac ꝓuincia egredieris: ſed in alia in q̄ ꝓ amore dn̄i exulabis. ep̄atum caducis rebus ſatis locupletē p̄deſtinatione diuina ſuſcepturus eris. Cuius in admīſtratōe ſi fidelē te exhibueris expletis. xxij. annis vitā tranſitoriā eris exiturus. ⁊ eternā ingreſſurus. Et hoc procul dubio ſcire te volo. ꝙ animā tuā ↄditori redditurus es in loco vbi ſub noīe xp̄i a xp̄ianis memoria mea venerat ⁊ colitur. Quo me in hora exitus tui de egipto huius mūdi ſpero aductuꝝ cum ceteris quos de ciuibus ſupnis ad te venturos ↄſolatores hr̄e merueris. Sāctus igr̄ wolfgāgus hac viſiōe p̄cepta. eo amplius quo certi⁹ intēdebat aciē mētis in ſpeculū diuīe ↄtēplatiōis. reputās igit ſecū q̄lr̄ i ſalute alioꝝ ſibi ↄceſſū duplicaret talētū. Cuius rei gr̄a mōaſteriū ⁊ monachū deſerēs imo ſm̄ apl̄m maiora emulari cariſmata cupiēs. ꝑ alemaniā deueīt exul i noricū. ad cuius orientalē p̄tē cuz hūili comitatu p̄tēdēs. p̄dicādi gr̄a pannonie petijt ↄfinia. e qua ꝑ piligrimū patauienſem ep̄m euocat⁹ pie vt decuit humanitatis ab eo ſuſcipit ⁊ fouet officio. Apud quē etiā rogatus ē. ⁊ iuſſus manſit aliquot dieb⁹. Hoc int̄ cetera prudenti ſecū tractās mēte. q̄re ꝓhibitus ſit ab adducēda ad deū pānanioꝝ gēte. Quo cōmorationis tꝑe idē ep̄s optīe viſus. vt pote q̄ erat app̄me erudit⁹. ⁊ genē nobiliſſim⁹ clādeſtina ⁊ māifeſta diui ſuitij obſeruatōe ac aſſidua ſacre ſcp̄ture indagatiōe ſatis ꝓbauit. hūc quē ſuſceperat ꝑegrinū nō eſſe gyrophagū: ſed ſtabilē ⁊ vere fidei domeſticū. Vn̄ ⁊ quoſdā de ſuis familiarit ꝑ eo alloq̄t di. O ꝙ felix eccīa q̄ deo volēte iſto donabit ſacerdote. Ergo neceſſariū valde videt mihi et vtile. vt huic famulo dei petam regimen ratiſbonenſ epi. q̄ optime ↄuenit ſicubi habūdat bona volūtas. vt eā etiā ad bona opa ꝓcedere faciat bene collata facultas. Bonū quippe qd̄ hic vir ſemīare voluit. induratis cordibus paganorū et ſalutis obſequiū qd̄ repulit cecitas illoꝝ q̄nq; fortaſſis hoc eodē agꝝ dn̄icū excolente: dabit fructū ſuū in pp̄lis xp̄ianoꝝ. Ad hec q̄dā rn̄dētes dixerūt. Quō fieri pōt vt iſte pauꝑ ⁊ ignotus ad honorē accedat tāti ep̄atus. cū iā aliq̄ alti ſanguīs ꝑſone. hūc apud imꝑatorē p̄dijs ⁊ pecunia compēſantes ſibi ↄtētarūt acq̄ſcere Quibus ille refert v̍ba pōderoſa: ſed nō a deo moroſa. Diuīa ⁊ hūana. valde int ſe ꝓbant diſtare iudicia. Sed ſcrutator cordiū ⁊ renū. ab initio mūdi elegit contemptibilia ⁊ ignobilia. vt cōfunderet fortia. Et ecōtrario mūdus qd̄ ſuū ē ſuꝑbe ad horā extollit. ac in breui cū cōfuſiōe diſtollit. Vn̄ opep̄ciū cēſeo. quo mittā ad marchicomitē. cui⁹ ↄſilio multa ſolet facere imꝑator. vt ſugerent e ne ꝑ ambitiōem aut ſimoniacam hereſim: quenꝙ ep̄alem ſinat accipe dignitatē: ſ; ob eternā remunerationē. quē humilē ⁊ modeſtū ac eruditū inuenerit. necnō officijs eccīaſticis aptū eſſe ꝓbauerit. hūc cuiuſcūq; ſit ↄditiōis vel parētele ꝓmoueri faciat ad culmē eccīe. Per legatione igit epi. ac ſuggeſtionē ↄſiliarij. imꝑator ſue ⁊ eccīaſtice vtilitati admonitus. imo qd̄ verius ē nutu dei cui⁹ in manu ē cor regis. Princeps bon⁹ otto ſcd̄s. aīo mutatus. oēs q̄ ꝑ eodē ep̄atu adipiſcendo laborabāt: auertit. ⁊ ſe totū ad electionē venerādi viri ↄuertit wolfgāgi. Sicq; legatos poſt euz celerit mittit. qui vt miſſi fuerāt ꝑagentes: inuenerūt eū cum p̄nomiato ep̄o cōmorantē: ſed iā ad patriam repedare cogitatē. Beatus autem wolfgangus ignarus erat legatiōis imꝑatoris. ⁊ ceteraꝝ reꝝ ꝑ ſe geſtaꝝ. ⁊ idcirco animū intēdebat aliorſum. Cūq; legati quare venerint ei indicarēt. primū recurrit ad ſecretariū cordis. ſe ſuaq; deo cōmendās i intimis. deinde ep̄o piligrimo. cuius charitate ibi detētus erat. cauſam ſuā exponēs. id quo grauabat tpa-

mento leuiabat ſimplicitatis columbine ac prudentie ſerpentine. atqꝫ in hunc modum ꝓloquit̄ dicens. Hoc nouum qđ mihi per nūcios imperatoris domini ottonis ſecundi venit. charitas tua efficit. cui primū bone volūtatis abſqꝫ dubio erit. ſed mee paruitati timorem incutit. quia neſcio ſi voluntas dei ſit. Et qꝛ mundus ſub ſpecie religiōis multos ad vicia trahit. Cui reſpondens epiſcopus dixit. Quod dicis te timere. hoc mentis eſt ꝓuide. Sed hanc in bonam ſpem erigit pſ. qui dicit. Initiū ſapientie timor domini. Et iterum. Timor domini ſanctꝰ permanens in ſeculum ſeculi. Talia quoqꝫ pontifice ꝓloquente. vir venerandus wolfgangus. per mentis ſpeculatōnem. diſpenſationis diuine intuens moderamen. ſubſequitur dicēs. Ecce ſeruus domini fiat mihi ſcḋm verbum tuū. Tūc arrepto itinere cum his qui miſſi fuerāt ab imperatore. tetendit in partes occidētales bauarie. Cūqꝫ peruentum eſſet ad regiam ciuitatem. clerus ⁊ populus ſcḋm morem eccleſiaſticum vnanimiter vt imperator petijt. ſanctum wolfgangū elegerunt. atqꝫ cum vniuerſali electōne ad curiam eum regiam miſerunt. Cūqꝫ in preſentiam ceſaris eſſet delatus: ante pedes eius ꝓſtratus. ſe dixit indignū. indoctum. ignobilem. ſub monachi profeſſione degentem. ſine licentia ſui abbatis nihil accipere debere. Poſtremo ne locū ſanctā vilitate violare implorauit. Imperator autem videns eum deifice renuentem. magis de ꝓbitatis eius dignitate certus. cōnis reluctanti. multūqꝫ gementi epiſcopatū cōmendauit. Deinde cum comitatu fideli multorū remiſſus ratiſbonam eſt ingreſſus. ibiqꝫ cum canticis leticie ſuſcipitur. atqꝫ more pontificum intronizatus a clero ⁊ populo ſummo paſtori cōmendatur. necnō a frederico archiepiſco. illiuſqꝫ ſuffraganijs poſt aliquot dies in ſacerdotem apoſtolicū ibidem conſecratur. Igitur poſt multa pietatis ⁊ equitatis opera. quibꝰ deo ſeruire ſtudebat febricitare cepit. quam corporis moleſtiam illi qui neſcit occaſum ſedulis precibus vite ſue cōmendauit excurſum dicens. Deus miſereri dignetur ⁊ mihi miſero peccatori mortē nūc ſubeunti. ⁊ cuiqꝫ eā timide ac humilit̄ aſpicienti. hec cum dixiſſꝫ. reuerenter oculus clauſit. ac velut in ſomno pauſans. ꝓdie kaleñ. nouembriū in pace quieuit.

Epus quidā mediolanenſis ſabinus noīe. vir vite venerabilis (ſicut refert petrus rauenenſ in li. geſtoꝝ notabiliū) poſt matrē dñi virginem katherinā in ꝑcipua deuotione habebat. hanc etiā ab infantia ſibi ſpōſam elegerat ⁊ ipſam oīnibus ſacris virginibus ꝓferre ſolebat. vtpote adiutricē fideliſſimā. Cū igit̄ ꝓdictus ꝓſul vltra mare nauigaſſꝫ. cū abbate theodoro d̄ monte caſſino ⁊ duobus capellanis ⁊ militibus ⁊ quindecim ſuis. ⁊ ſepulcꝝ dñi viſitaſſet. montē ſyna ſimul adierunt. Et ecce dux quidā turcoꝝ ferociſſimꝰ hoſtis xpianoꝝ. a ſoldano rediens cū multꝭ armatis epō in pede montis occurrit. cuiꝰ comitiuā vt vidit atrociter mox peremit dicens. Sicut feci familie ſic faciā dñis. qđ cū dictus epūs ⁊ abbas vidiſſent. ceperunt ducem rogare dicens. Liceat q̄ſumus nobis monte ipſius prius aſcēdere ⁊ glorioſe v̄ginis tumbā viſitare. deinde quicqđ tibi placuerit ſuſtinebimus patienter. Quibus rn̄dit. Neceſſe ē hac vice vt mea nō veſtra volūtas fiat. ⁊ ꝯfeſtī ꝑcepit vt lingua. oculis. auribus. naribꝰ manuū ac pedū ſūmitatibus vterqꝫ priuaret̄. ſicqꝫ adhuc ſemiuiui in iumentis ad tumulū veherent̄. dixitqꝫ. Nunc qđ vobis valet huius ſepulcri viſitatio. Et adiecit. Cū mēbra vobis renaſcunt̄ qđ impoſſibile eſt: tunc abſqꝫ dubio dei vr̄i legibus adherebo. Cū ergo ad tumbam virginis veniſſent: abbas ꝯtinuo expirauit. epūs vero ſicut potuit p̄ces fudit. Et ecce circa noctis mediū mons totꝰ vehementer ꝯtremuit. tantuſqꝫ terror ac pa-



uor ducēm inuaſit cum ſuis. vt inde fugere vellent nec valerent. Poſtea ꝑ triū vero horaꝝ ſpacia tanta luminis redundantia ibidē reſplenduit. vt non ſolū vicini: ſed etiā ſaraceni in remotis ꝑtibus ꝯſtituti. hora eadē vigilantes diem claꝝ crederent eſſe factā. ⁊ ipſum montē ſyna in ſolē ꝯuerſum eſtimabāt. Interea virgo katherina de tumulo ꝓceſſit et triſte caput ſui amatoris tactu blando permulcens: primo oculos. aures. naſū ⁊ linguā deinde mēbra oīa doloroſa pungens priſtine reſtituit ſanitati. Cū vir dei glorioſam virginē corpalibus cerneret oculis. ineffabili gaudio replebat̄: ſed fulgorem pulcritudinis eius ferre nō valens ad pedes eius cecidit que ipſa ſtatim ꝑcipiens eleuari. Nā duo pulcerrimi iuuenes iuxta eā ſtabant. ipm̄ de terra leuabant. cui virgo. Scire debes mi care. qꝛ amator meus ⁊ ſpōſus meus iheſus xp̄c hic ⁊ in futuro te ⁊ oms honorantes me paratus eſt honorare. Et qꝛ ꝑdidiſti ꝓpt̄ me linguā tuā. vix in ꝓprio ydeomate expeditā. ecce cōmodaui tibi meā in greco ⁊ latino peritiſſimā. Preterea omnes aīas familie tue nouerꝭ eſſe in ſinu abrahe. facto inſuꝑ die craſtina cū miſſaꝝ ſolennia celebraueris. lecto euangelio ſingula mēbra abbatis de oleo qđ ſudat de tumulo meo pungēs: ſicqꝫ ſuſcitabit̄ et anteq̄ꝫ diuinū officiū cōpleas ad vigorē ⁊ ſtatū priſtinū reformabit̄. His dictis v̄go beatiſſima dextrā pōtificis apphendit. danſqꝫ illi anulū ꝑcioſū ⁊ cartulam aureis lr̄is ſcriptā ⁊ diſparuit. ⁊ miri ibidem odoris fragrātia remāſit. Cartula vō tres verboꝝ lineas habebat ⁊ hec per ordinē ꝯtinebat. Prima linea. ſabine hee lr̄e ſūt int̄ me ⁊ te ſigna dilectiōis perpetue. Scḋa fecit tibi meritū ingens dolor faciet tibi gaudiū vehemēs amor. Tercia. ducem baptizabis: ſanus ad ꝓpria remeabis: ſicqꝫ decēnio expleto laudabilit̄ mecū eris in celeſti pallacio. Tūc vir immēſas grās et laudes deo reddidit ꝓ tā ineffabili ꝯſolatiōe. quā ei exhibuerat p̄ſentia v̄ginis glorioſe. Facto igitur die dux montē aſcēdit. ⁊ cū epm̄ ad altare ꝓcedentē. videntē. loquentē. ⁊ oīa mēbra integralit̄ hñtē ꝯſpiceret: obſtupuit vehement̄. Tūc lecto euāgelio p̄ñte duce. epūs mēbra abbatis q̄ in medio poſitus erat vngēs ꝑ ordinē abbas oībꝰ videntibus rediuiuus apparuit. Sicqꝫ mēbris omnibus renaſcētibus anteq̄ꝫ diuinū officiū ꝑficeret pleniſſime ſanatus ē. Quo viſo miraculo: dux lacrimis ꝑfundit̄. corde cōpungit̄. ⁊ amplectit̄ fidē. ⁊ cum multꝭ nobilibus ꝑfecte credētibus ab epō baptizat̄. Qui cū heredibus careret. ſeculo renūciauit. terrā ſuā vendidit ⁊ bonam portionē fratribus in mōte ſyna degētibus tradidit. Romā cū epō ⁊ abbate et alijs multis deuotiōis grā venit. multa auri pondera ſecū deferēs pauꝑibus tribuit. Deinde ꝓ ad ꝯſiliū ſancti ſabini: famoſiſſimū monaſteriū virginū qđ dicit̄ aula dei in honore beate katherine fundauit. qđ in multis poſſeſſiōibus ⁊ diuitijs ampliauit. Poſtremo in mōte caſſino monachalē habituꝫ ſuſcepit. ibidēqꝫ xp̄o regi. ſueqꝫ matri et beate katherine q̄diu vixit deuotiſſime militauit. ſctūs vero ſabinus cū poſt decenniū ad extremū veniſſet: dignū deo ſpiritū efflauit. ſed cū lingua eius in ore eius minime appareret nulli dubiū quin v̄go glorioſa eā tulit. q̄ ſuo deuoto eā ꝑ decenniū mutuauit. In huius quoqꝫ glorioſi epi memoriā anulus et carta apud mediolanum vſqꝫ hodie ſeruantur.

Finit lombardica hyſtoria ꝑ mādatū Georgij ſtuchs de Sulczpach Nurenberge impreſſa Anno ſalutis. M.cccc lxxxviij. Kaleñ. octob.

| | |
|---|---|
| De aduentu domini | Folium. j. |
| De ſancto andrea | iiij. |
| De ſancto nicolao | vij. |
| De ſancta lucia | ix. |
| De ſancto thoma | x. |
| De natiuitate chriſti | xiij. |
| De ſancta anaſtaſia | xv. |
| De ſancto ſtephano ꝑthomartire | xvj. |
| De ſancto iohanne euangeliſta | xviij. |
| De ſanctis innocentibus | xix. |
| De ſancto thoma | xxj. |
| De ſancto ſilueſtro | xxij. |
| De circūciſione chriſti | xxv. |
| De epiphania domini | xxvij. |
| De ſancto paulo primo heremita | xxix. |
| De ſancto remigio | xxix. |
| De ſancto hilario | xxx. |
| De ſancto machario | xxx. |
| De ſancto felice in pincis | xxxj. |
| De ſancto marcello | xxxj. |
| De ſancto anthonio | xxxij. |
| De ſancto fabiano ⁊ ſebaſtiano | xxxiij. |
| De ſancta agnete | xxxiiij. |
| De ſancto vincentio | xxxv. |
| De ſancto baſilio | xxxvj. |
| De ſācto iohāne elemoſinario | xxxviij. |
| De conuerſione ſancti pauli | xl. |
| De ſancta paula | xlj. |
| De ſancto iuliano | xlij. |
| De ſeptuageſima | xliij. |
| De ſexageſima | xliiij. |
| De quinquageſima | xlv. |
| De ieiunijs quatuor tempoꝝ | xlvj. |
| De ſancto ignatio | xlvj. |
| De purificatiōe .b. marie vgīs | xlvij. |
| De ſancto blaſio | l. |
| De ſancta agatha | lj. |
| De ſancto vedaſto | lij. |
| De ſancto amando | lij. |
| De ſancto valentino | lij. |
| De ſancta iuliana | liij. |
| Cathedra ſancti petri | liiij. |
| De ſancto mathia | lv. |
| De ſancto gregorio | lvij. |
| De ſancto longino | lxj. |
| De ſancto benedicto | lxj. |
| De ſancto patricio | lxiij. |
| De annūciatiōe .b. marie vgīs | lxv. |
| De ſancto thimotheo | lxvj. |
| De paſſione hieſu chriſti | lxvij. |
| De reſurrectione dominica | lxx. |
| De ſancto ſecundo | lxxiij. |
| De ſancta maria egiptiaca | lxxiiij. |
| De ſancto ambroſio | lxxv. |
| De ſancto georgio | lxxvij. |
| De ſancto marco euangeliſta | lxxix. |
| De ſancto marcello | lxxx. |
| De ſancto vitali | lxxxj. |
| De virgine antiochena | lxxxj. |
| De .s. petro mart. ō ordie p̄di. | lxxxj. |
| De ſancto philippo ⁊ iacobo | lxxxvij. |
| De inuentione ſancte crucis | xc. |
| De .s. iohāne ante portā latinā | xcij. |
| De aſcenſione domini | xcv. |
| De ſancto ſpiritu | xcvj. |
| De ſancto iordiano | xcix. |
| De ſancto nereo ⁊ achilleo | xcix. |
| De ſancto pangratio | c. |
| De ſancto vrbano | c. |
| De ſancta petronella | c. |
| De ſancto petro | cj. |
| De ſancto primo ⁊ feliciano | cj. |
| De ſancto barnaba | cij. |
| De ſancto vito ⁊ modeſto | cij. |
| De ſancto quirico | ciij. |
| De ſancta marina | ciij. |
| De ſancto geruaſio ⁊ ꝓthaſio | ciiij. |
| De ſancto iohanne baptiſta | cv. |
| De .s. iohanne ⁊ paulo | cvij. |
| De ſancto leone papa | cviij. |
| De ſancto petro apoſtolo | cix. |
| De ſancto paulo apoſtolo | cxij. |
| De ſeptem fratribus | cxvj. |
| De ſancta theodora | cxvij. |
| De ſancta margaretha | cxviij. |
| De ſancto alexio | cxix. |
| De ſancta braxede | cxix. |
| De ſancta maria magdalena | cxx. |
| De ſancto Appollinare | Fo. cxxiij. |
| De ſancta Criſtina | cxxiij. |
| De ſancto Jacobo apo. | cxxiiij. |
| De ſancto Criſtofero | cxxvj. |
| De ſeptem dormientibus | cxxviij. |
| De ſancto Nazario. | cxxix. |
| De ſancto Felice papa | cxxx. |
| De ſctō Simplicio ⁊ Fauſtino | [illegible] |
| De ſancta Martha | [illegible] |
| De ſancto Abdon et ſennen | [illegible] |
| De ſancto Germano | cxxxij. |
| De ſancto Euſebio | cxxxiij. |
| De ſanctꝭ Machabeis | cxxxiij. |
| Vincula ſancti Petri | cxxxiiij. |
| De ſancto Stephano papa | cxxxv. |
| Inuentio ſancti Stephani | cxxxvj. |
| De ſancto Dominico | cxxxvij. |
| De ſancto Sixto | cxlij. |
| De ſancto Donato | cxlij. |
| De ſancto Ciriaco | cxliij. |
| De ſancto Laurentio | cxliiij. |
| De ſctō Ypollito cū ſocijs ſuis | cxlvij. |
| De aſſumptione btē virginis | cxlix. |
| De ſancto Bernhardo | clv. |
| De ſancto Thimotheo | clxvj. |
| De ſancto Simphoriano | clxvj |
| De ſancto Bartholomeo | clxvij |
| De ſancto Auguſtino | clxj. |
| De decollatione Johis bap. | clxvij. |
| De ſancto Felice ⁊ Audacto | clxix |
| De ſancto Sauiniano ⁊ Sauina | clxix. |
| De ſancto Lupo | clxx. |
| De ſancto Momertino | clxx. |
| De ſancto Egidio | clxxj. |
| De Natiuitate btē virginis | clxxij. |
| De ſancto Adriano | clxxv. |
| De ſctō Gorgonio ⁊ dorotheo | clxxvj. |
| De ſctō Protho ⁊ Jacincto | clxxvj. |
| De exaltatione ſctē Crucis | clxxvij. |
| De ſancto Johanne criſoſtomo | clxxix. |
| De ſancto Cornelio ⁊ Cipriano | clxxxj |
| De ſancta Eufemia | clxxxj. |
| De ſancto Lamperto | clxxxij. |
| De ſancto Matheo apo. | clxxxij. |
| De ſancto Mauricio | clxxxiiij. |
| De ſancta Juſtina | clxxxv. |
| De ſctō Coſma ⁊ damiano | clxxxvj. |
| De ſancto Forſeo | clxxxvij. |
| De ſancto michaele | clxxxviij. |
| De ſancto Hieronimo | cxcj. |
| De ſancto Remigio | cxcij. |
| De ſancto Leodegario | cxciij. |
| De ſancto Franciſco | cxciiij. |
| De ſancta Pelagia | cxcvij. |
| De ſancta Margarita | cxcviij. |
| De ſctā Thaiā meretri. | cxcviij. |
| De ſancto Dyoniſio | cxcix. |
| De ſancto Calixto papa | cc. |
| De ſancto Leonardo | ccj. |
| De ſancto Luca | ccij. |
| De ſancto Criſante | cciiij. |
| Undecim milium virginum | ccv. |
| De ſctō Symone ⁊ Juda | ccvj. |
| De ſancto Quintino | ccviij. |
| De ſancto Euſtachio | ccviij. |
| De omnibus ſanctis | ccx. |
| De cōmemoratione oīm aīaꝝ | ccxiij. |
| De quatuor coronatis | ccxvj. |
| De ſancto Theodoro | ccxvj. |
| De ſancto Martino | ccxvij. |
| De ſancto Briccio | ccxx. |
| De ſancta Cecilia | ccxxi. |
| De ſancto Clemente | ccxxij. |
| De ſancto Criſogano | ccxxv. |
| De ſancta Katherina | ccxxvj. |
| De ſancto Saturnino | ccxxviij. |
| De ſancto Jacobo interciſo | ccxxix. |
| De ſancto Paſtore | ccxxx. |
| De ſanctō Johanne abbate | ccxxx. |
| De ſancto Moyſe | ccxxxj. |
| De ſancto Arſenio abbate | ccxxxj. |
| De ſancto Agathon abbate | ccxxxij |
| De ſctō Barlaam ⁊ ioſaphath. | ccxxxiij. |
| De ſancto Pelagio | ccxxxvj. |
| Coronica inſerta | ccxxxvij. |
| De dedicatione eccleſie | ccxlij. |
| Sequuntur additiones | |
| De ſancta Elizabeth | ccxlv. |

De ſancto Achacio cclj.
De ſancto Jodoco cclij.
De ſancto Othmaro ccliij.
De ſancto Conrado ccliiij.
De ſancto Hilarione ccliiij.
De ſancto Karolo magno cclv.
De feſto ↄceptionis.b.M.vir. cclvij.
De ſancta Otilia cclvij.
De ſancto Bonifacio epo cclviij.
De ſancta Scolaſtica cclviij.
De ſancto Ruperto cclix.
De ſancto Floriano cclx.
De ſancto Eraſmo cclxj.
De ſancto Kiliano cclxj.
De ſancto Heinrico cclxiiij.
De ſancta Barbara cclxiiij.
De ſancta Brigida cclxvij.
De ſancto Gingolfo cclxvij.
De ſancto Udalrico cclxvij.
De ſancta Affra cclxvij.
De ſancto Oſwaldo cclxviij.
De ſancta Tecla cclxviij.
De ſancta Kunegunde cclxix.
De ſancta Dorothea cclxxj.
De ſancto wolfgango cclxxj.
Miraculū de ſctā Katherina cclxxij.

Explicit Regiſtrum

UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA DE ZARAGOZA